datus est. Dixit Pater: pulchrum, quod mihi dixisti, & pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus Jatrun discipulum suum Schelmaj vocatum interrogavit: Schelmaj oeconome, quæstio ad me e domo Vitæ venit, de concionibus contemplativis, & rationalibus, profundis nasaræismi, hujusque mundi indagandis. Firmamenta cœli unde exstiterunt? quomodo illa expansa, suspensa & collustrantia? Respondit: mi pater, firmamenta hæc septem nubes sunt præstantes aquæ, quas Fetahil virtute, quam suus pater Abatur dederat, expandens constituit, suspensis lucernis splendoris, iisque virrute Angelorum mutuo radiantibus. Dixit Pater: pulchrum, quod dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tua ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj oeconome, quæstio ad me pervenit ex domo mei parentis Vitæ de concionibus contemplativis, & rationalibus, profundis Nasaræismi, hujusque mundi indagandis. Unde sol? unde illius natura? unde illius calor? unde illius frigus? unde illius splendor? Respondit: mi pater, sol e terra exstitit. Illius natura ex natura Septem Stellarium. Illius calor & frigus ex calore & frigore τῦ Fetahil. Illius autem splendor ex splendore Vitæ summæ, novissimæ, excellentissimæ, supremæ omnium operum. Respondit pater: pulchrum, quod dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus discipulum suum vocatum

ܘܐܦܢܝܟܘ ܩܠܝܡܝܣ ܦܪܝ ܕܫܡܥܐ ܦܠܟܠܐ ܐܬܐܠܗܐ ܡܢ ܒܝܬ ܣܢܝ ܥܠ
ܩ̈ܪܝܐ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܘܥܠ ܒܢܝ̈ܢܐ ܕܥܕ̈ܬܐ ܘܥܠ ܐܒ̈ܗܬܐ ܕܒܟܠܗܝܢ ܐܬܪ̈ܘܬܐ ܥܠ
ܗܢܐ ܡܢܗ ܗܘܐ ܘܥܠ ܩܢܘܡܗ ܡܢܗ ܗܘܐ ܘܥܠ ܠܘܬܗ ܡܢܗ ܗܘܐ
ܘܥܠ ܒܝܬܗ ܡܢܗ ܗܘܐ ܘܐܦܢܝܟܘ ܐܦ ܗܢܐ ܡܢ ܐܢܫ ܗܘܐ ܘܩܢܘܡܗ ܡܢ
ܩܢܘܡܗ ܕܩܢܘܡܝܐ ܘܠܘܬܗ ܘܒܝܬܗ ܡܢ ܕܐܘܪܫܠܡ ܘܒܝܬܗ ܕܗܢܐ ܐܢܫ ܐܢܫ
ܡܫܝܚܐ ܦܪܘܩܐ ܘܡܪܢܐ ܕܡܢܗ ܡܫܝܚܘܬܗ ܥܠ ܐܢܫ ܟܠ ܘܩܕܡ ܘܡܬܠ ܠܥܠܡܐ
ܐܢܬܐ ܠܥܠܡܐ ܕܗܘܐ ܒܥܠ ܠܥܠܡܐ ܬܫܒܘܚܬܗ ܠܥܠܡ ܠܥܠܡ ܐܡܝܢ ܘܐܡܪ ܐܢܫ
ܡܫܡܫܢܐ ܡܢܗ ܒܥܠ ܡܫܡܫܢܐ ܬܫܒܘܚܬܗ ܠܥܠܡ ܠܥܠܡ ܐܡܝܢ ܡܢܗ ܘܒܥܠ
ܐܢܫܐ ܘܬܫܒܘܚܬܗ ܡܫܡܫܢܐ ܡܢܗܐ ܘܐܦܢܝܟܘ ܩܕܝܫ ܩܕܝܫܐ ܕܐܦܢܝܟܘܢ
ܘܩܕܡܝܐ ܦܠܟܠܐ ܩܕܡܝܐ ܕܢܦܫܐ ܡܢ ܒܥܠܡ ܐܠܐ ܝܘܒ ܥܠ ܒܥܠܡܝܢ
ܢܦܫ ܕܐܬܦܢܝܐ ܕܐܬܦܢܝܟܘܢ ܒܫܡܝܐ ܝܗܒܘܬܐ ܐܦܢܝܟܘܢ ܒܪ ܒܥܠ ܕܩܕܝܫܐ
ܘܩܕܝܫ ܢܦܫ ܠܐܠܗܘܬܗ ܩܢܘܡܗ ܘܡܫܡܫܢܘܗ ܘܐܦܢܝܟܘ ܩܠܝܡܝܣ ܦܪܝ
ܕܫܡܥܐ ܦܠܟܠܐ ܐܬܐܠܗܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܦ ܥܠ ܩ̈ܪܝܐ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ
ܘܥܠ ܒܥܕܬܐ ܕܒܢܝ̈ܢܐ ܘܥܠ ܒܢܝ̈ܢܐ ܕܒܟܠܗܝܢ ܐܬܪ̈ܘܬܐ ܥܠ ܩܢܐ ܡܢܗ
ܘܥܠ ܩܢܘܡܗ ܡܢܗ ܘܥܠ ܒܥܠܡܗ ܡܢܗ ܘܥܠ ܡܫܡܫܢܘܗ ܩܢܘܡܗ
ܗܘܐ ܘܐܦܢܝܟܘ ܐܦ ܩܢܐ ܡܢ ܐܢܫܐ ܗܘ ܘܩܢܘܡܗ ܡܢ ܩܢܘܡܐ ܕܡܫܡܫܢ
ܘܡܫܡܫܢܘܗ ܡܢ ܡܢܗܐ ܕܡܫܡܫܢ ܘܒܥܠܡܗ ܡܢ ܒܥܠܡܐ ܕܩܢܐ ܣܢܝ ܘܐܦܢܝܟܘ
ܩܕܝܫ ܩܕܝܫܐ ܕܐܦܢܝܟܘܢ ܘܩܕܡܝܐ ܦܠܟܠܐ ܩܕܡܝܐ ܕܢܦܫܐ ܡܢ ܒܥܠܡ ܐܠܐ ܝܘܒ
ܥܠ ܒܥܠܡܝܢ ܢܦܫ ܕܐܬܦܢܝܐ ܕܐܬܦܢܝܟܘܢ ܒܫܡܝܐ ܝܗܒܘܬܐ ܐܦܢܝܟܘܢ ܒܪ ܒܥܠ ܕܩܕܝܫܐ
ܘܩܕܝܫ ܢܦܫ ܠܐܠܗܘܬܗ ܩܢܘܡܗ ܘܡܫܡܫܢܘܗ ܘܐܦܢܝܟܘ ܩܠܝܡܝܣ ܦܪܝ ܕܫܡܥܐ ܦܠܟܠܐ
ܐܬܐܠܗܐ ܡܢ ܐܦ ܥܠ ܩ̈ܪܝܐ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܘܥܠ ܒܥܕܬܐ ܕܒܢܝ̈ܢܐ

interrogavit: Schelmaj Oeconome, quæstio ad me venit ex domo Vitæ de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis nasaræismi, hujusque mundi indagandis. Luna unde exstitit? unde illius natura, formositas, svavitas exstitit? Respondit: mi pater, luna ex terra exstitit. Illius natura ex natura Septem Stellarium, illius formositas & svavitas ex formositate & suavitate τῦ Sam Zivo, domini dilecti, primarii & fortis, cujus majestas 167 mundos maximos, altissimos lucis, inhabitat. Quos vero singulos mundos, per millia millia parasangarum patentes, myriades myriades Majestatum tenent. Singulæque Majestates millia millia Geniorum habent: ut & singuli Genii suam sedem tenent. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, pervenit ad me quæstio ex domo Vitæ de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis nasaræismi, hujusque mundi indagandis. Unde aqua? unde sua natura? unde sua svavitas? unde sua vis? Respondit: mi pater, aqua ex terra exstitit, sua natura ex natura Septem Stellarium, sua vis ex vi caliginis, sua svavitas ex svavitate aquæ vivæ. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, pervenit ad me quæstio ex meo parente Vita de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis Nasaræismi, hujusque

ܘܥܠ ܐܪ̈ܥܬܐ ܕܟܠܗܝܢ ܗܘܝ ܥܠ ܢܘܪܐ ܡܢܗ ܘܥܠ ܫܡ̈ܝܢܗ ܡܢܗ
ܘܥܠ ܕܦܘܠܚܢܗ ܡܢܗ ܘܥܠ ܒܢ̈ܝܗ ܡܢܗ ܘܐܘܪܫܠܡ ܐܦ ܢܘܪܐ ܡܢ
ܐܪܥܐ ܗܘܬ ܘܫܡ̈ܝܢܗ ܡܢܗ ܫܡ̈ܝܢܐ ܕܡܘܬܐ ܢܦܠܬܗ ܡܢ ܡܠܐ ܕܡܘܬܐ
ܘܡܢ ܒܗ ܐܣܘܪ̈ܣܐ ܫܒ̈ܝܐ ܘܐܬܢܨܚܘ ܦܩܕ ܩܕܡܝܟ ܕܐܬܦܠܓܘ ܘܦܩܕܗ̇
ܡܠܟܐ ܫܡܥܐ ܕܢܦܠܬ ܡܢ ܒܡܠܟܗ ܐܠܐ ܐܢܫ ܥܠ ܒܡܥܡܕ ܥܠ ܕܐܬܡܪ ܕܐܬܦܠܓܘ ܒܝܬܐ
ܥܡܝܐ ܐܬܚܙܝ ܒܝܬ ܒܐܪܐ ܕܢܣܒܐ ܘܢܦܫܗ ܥܠ ܠܐܘܪܫܠܡ ܦܘܠܚܢܗ ܡܩܝܡܢܗ
ܘܐܬܦܠܓܘ ܩܕܡܝܟ ܦܩܕ ܕܫܡܥܐ ܡܠܟܐ ܐܬܟܠܐ ܡܢ ܒܗ ܢܦܩ ܥܠ ܫܒܝܐ ܩܕܡܝܐ
ܘܡܠܟܐ ܥܠ ܒܡܠܟܐ ܕܢܒܘܟܕܢܨܪ ܥܠ ܐܪܥܐ ܕܟܠܗܝܢ ܗܘܝ ܥܠ ܢܦܫ
ܡܢܗ ܥܠ ܫܡ̈ܝܢܗ ܡܢܗ ܥܠ ܢܦܫܗ ܡܢܗ ܥܠ ܒܡܫܡܥܗ ܡܢܗ ܘܐܬܦܠܓܘ
ܐܦ ܢܦܫ ܡܢ ܐܪܥܐ ܗܘܐ ܘܫܡ̈ܝܢܗ ܡܢ ܫܡ̈ܝܢܐ ܕܡܘܬܐ ܢܦܠܬܗ ܡܢ ܡܠܐ
ܕܡܫܡܥܢܐ ܘܡܫܡܥܢܗ ܡܢ ܒܡܫܡܥܐ ܕܐܢܐ ܘܐܬܦܠܓܘ ܦܩܕ ܩܕܡܝܟ ܕܐܬܦܠܓܘ
ܘܦܩܕܗ̇ ܡܠܟܐ ܫܡܥܐ ܕܢܦܠܬ ܡܢ ܒܡܠܟܐ ܐܠܐ ܢܦܫ ܒܡܥܡܕ ܥܠ ܕܐܬܡܪ
ܕܐܬܦܠܓܘ ܒܝܬܐ ܥܡܝܐ ܐܬܚܙܝ ܒܝܬ ܒܐܪܐ ܕܢܣܒܐ ܘܢܦܫܗ ܥܠ ܠܐܘܪܫܠܡ
ܦܘܠܚܢܗ ܡܩܝܡܢܗ ܘܐܬܦܠܓܘ ܩܕܡܝܟ ܦܩܕ ܕܫܡܥܐ ܡܠܟܐ ܐܬܟܠܐ ܡܢ ܒܗ ܢܦܩ ܥܠ
ܫܒܝܐ ܢܦܫܐ ܘܡܠܟܐ ܥܠ ܒܡܠܟܐ ܕܢܒܘܟܕܢܨܪ ܘܥܠ ܐܪܥܐ ܕܟܠܗܝܢ ܗܘܝ ܘܐܬܦܠܓܘ
ܕܟܠܐ ܦܢ ܡܝܬܪܬܐ ܦܢ ܘܐܬܦܠܓܘ ܕܟܠܐ ܢܦܫܐ ܡܝܬܪܬܐ ܐܪܥܐ ܘܐܬܦܠܓܘ ܢܦܫܐ
ܕܟܠܗ ܡܢ ܦܘܠܚܢ ܐܪܥܐ ܐܘ ܐܪܥܐ ܟܠܗܝܢ ܡܢ ܦܘܠܚܢ ܢܦܫܐ ܘܐܬܦܠܓܘ ܐܦ
ܢܦܫܐ ܦܢܝܐ ܩܕܝܫܐ ܘܟܠܐ ܘܐܪܥܐ ܟܢܫܐ ܒܡܫܡܥܗ ܘܡܫܡܥܢܘܬܗ ܘܦܩܕܗ ܐܠܗܐ
ܘܡܪܘܬܐ ܘܦܩܕܐ ܕܐܬܟܠܟܠܘ ܘܡܠܟܘ ܒܗ ܕܐܪܥܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܕܡܪܝܐ ܕܢܚܘܢ
ܠܡܫܡܥܢܐ ܘܐܬܦܠܓܘ ܦܩܕ ܩܕܡܝܟ ܕܐܬܦܠܓܘ ܘܦܩܕܗ̇ ܡܠܟܐ
ܫܡܥܐ ܕܢܦܠܬ ܡܢ ܒܡܠܟܐ ܐܠܐ ܢܦܫ ܒܡܥܡܕ ܥܠ ܕܐܬܡܪ

mundi indagandis. Unde ignis, sua natura, sua species, suaque vis fumifera? Respondit: mi pater, ignis ex terra, sua natura ex natura Septem Stellarium, sua vis ex vi caliginis, & ex domo Satanæ Asurmejal. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibi inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, pervenit ad me quæstio ex domo Vitæ de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis nasaræismi & hujus mundi indagandis. Unde ventus, sua natura, sua vis, sua jucunditas? Respondit: mi pater, ventus ex terra, sua natura ex natura Septem Stellarium, sua vis ex vi caliginis, sua jucunditas ex jucunditate aëris extitit. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibique inter patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, pervenit ad me quæstio ex domo Vitæ de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis nasaræismi hujusque mundi indagandis. Quid supremum? quid infimum? Respondit: supremum est firmamentum, infimum terra est. Interrogavit pater: utrum firmamentum ante quam terra concepit? an terra ante quam firmamentum concepit? Respondit: mi pater, firmamentum pluviam roremque affert, quam autem rem ore aperto terra excipit, & fœcunditatem, semina fructusque, quos filii Adami bonitatem Domini sui non agnoscentes, edunt aut bibunt, profert. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in

ܕܐܡܦܪܐ ܕܠܐܘܪܓܝܣ ܒܫܢܬܐ ܝܘܒܢ ܐܚܪܢܝܬ ܟܕ ܕܝܢ ܒܢܐ ܕܢܬܠܐ ܘܢܦܩ ܐܚܪ
ܠܐܘܣܝܪܐ ܦܪܢܬܗ ܘܡܬܩܒܠܬܗ ܘܐܦܪܢܬܗ ܡܬܩܒܠ ܓܒܪܐ ܕܝܗܒܬ ܦܪܢܝܬܐ ܐܬܬܠܟܐ
ܡܢ ܟܠܗ ܚܝܠܐ ܕܠܐ ܩܢܝܐ ܫܟܢܐ ܘܡܬܩܒܠܐ ܕܠܐ ܟܬܒܐ ܕܐܢܬܬܐ ܘܟܠܐ
ܐܦܪܢܬܐ ܕܟܠܗܝܢ ܗܘܝܢ ܘܐܦܪܢܬܗ ܕܝܗܒ ܡܢ ܗܘ ܓܒܪܐ ܐܢܬܬܐ ܗܘ
ܘܐܦܪܢܬܗ ܕܝܗܒ ܓܒܪܐ ܠܐܢܬܬܐ ܐܝܬ ܘܐܦܪܢܬܗ ܓܒܪܐ ܟܬܝܒ ܡܢ
ܡܘܗܒܬ ܐܝܬ ܐܘ ܐܝܬ ܕܟܬܒ ܡܢ ܡܘܗܒܬ ܓܒܪܐ ܘܐܦܪܢܬܗ ܓܒܪܐ
ܡܬܩܒܠܐ ܐܢܬܬܐ ܕܝܗܒܬܗ ܐܢܬܬܐ ܟܬܒܐ ܢܡܘܣܐ ܕܡܠܟܐ ܐܢܬܬܐ
ܡܫܟܚܐ ܠܡܬܠ ܢܡܘܣܐ ܡܘܗܒܬܐ ܘܝܗܒܬ ܓܒܪܐ ܩܕܡ ܡܘܗܒܬ ܓܒܪܐ
ܓܒܪܐ ܘܐܦܪܢܬܗ ܐܢܬܬܐ ܠܒܥܠܐ ܡܘܗܒܬܐ ܡܘܗܒܬܗ ܐܦܪܢܬܗ ܡܘܗܒܬܗ ܐܝܟ
ܘܡܫܟܚܐ ܘܡܬܩܒܠܐ ܘܡܬܒܥܐ ܘܐܦܪܢܬܗ ܒܥܠܐ ܕܝܗܒ ܠܡܝܬܘ ܗܘܝܐ
ܘܡܬܠܗܘܢ ܡܘܗܒܬܐ ܘܐܦܪܢܬܗ ܒܥܠܐ ܠܡܬܦܠܓ ܐܢܫ ܕܝܗܒܗ ܘܐܡܪܗ
ܡܘܗܒܬܐ ܘܐܦܪܢܬܗ ܡܬܩܒܠܐ ܠܒܥܠܐ ܩܕܡ ܡܬܦܠܓܗ ܘܐܦܪܢܬܗ
ܡܬܩܒܠܐ ܠܒܥܠܐ ܡܢ ܓܒܪܗ ܕܝܗܒܗ ܡܬܦܠܓܗ ܘܐܦܪܢܬܗ ܟܕ
ܟܠܐ ܠܒܥܠܐ ܡܬܦܠܓܗ ܘܡܠܐ ܕܐܝܬܗ ܬܗܘܐܗ ܗܢܐ ܠܐܝܬܗ
ܡܬܦܠܓܗ ܘܐܦܪܢܬܗ ܐܦ ܟܕ ܟܠܐ ܠܒܥܠܐ ܡܬܦܠܓܗ ܢܡܘܣܗ
ܢܡܘܣܐ ܠܐܝܬܗ ܕܡܫܟܚܗ ܓܒܪܐ ܘܡܫܟܚܗ ܠܒܥܠܐ ܕܡܘܗܒܬܐ ܡܫܬܐ
ܕܡܬܠ ܘܡܫܬܟܚ ܢܡܘܣ ܠܡܫܟܚ ܡܬܩܒܠ ܠܒܥܠܐ ܗܢܐ ܠܐܝܬܗ
ܡܬܦܠܓܗ ܘܐܦܢ ܡܫܟܚ ܡܬܩܒܠ ܕܐܦܪܢܬܗ ܘܡܫܟܚܐ ܡܬܩܒܠܐ ܟܫܝܪܐ ܕܢܫܒܘܩ ܡܢ
ܡܛܠ ܐܠܐ ܟܠ ܥܠ ܒܡܘܗܒܬ ܢܦܠ ܕܐܡܦܪܐ ܕܠܐܘܪܓܝܣ ܒܫܢܬܐ ܝܘܒܢ ܐܚܪܢܝܬ ܟܕ
ܒܢܐ ܕܢܬܠܐ ܘܢܦܩ ܢܦܠ ܠܐܘܣܝܪܐ ܦܪܢܬܗ ܘܡܬܩܒܠܬܗ ܘܐܦܪܢܬܗ
ܡܬܩܒܠ ܓܒܪܐ ܕܝܗܒܬ ܦܪܢܝܬܐ ܐܬܬܠܟܐ ܡܢ ܟܠܗ ܚܝܠܐ

throno gloriosissimo, tibique apud patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, pervenit ad me quæstio ex domo Vitæ de concionibus contemplativis & rationalibus, profundis nasaræismi hujusque mundi indagandis. Quis exterior? quis interior? Respondit: exterior vir, interior mulier est. Quæsivit pater: utrum vir antequam mulier concipit, an mulier antequam vir concipit? Respondit: seritur semen in viri corpore per quadraginta & duos dies, quod mulieri in posteritatem, familiam, stirpem, & concubitum communicatur, & quo cerebrum, ossa & nervi concrescunt. Interrogavit pater: nato quid dat mulier? Respondit: sanguinem, cutem, lineamenta, & crines ei tribuit. Interrogavit pater: natus in sua matre quo existit & crescit? Respondit: per septem arcana sui patris suæque matris crescit. Interrogavit pater: unde nato cibus? Respondit: cibus filio ex visceribus matris existit. Interrogavit pater: spatio generandi confecto, & ubi hæc generatio per matrem fiet, quomodo tum per matrem efficitur? Respondit: mi pater, illum, qui impleto nascendi tempore nascetur, lumbo matris interiori i. e. utero jaculator injicit, ipsi in proxima ventris parte glutinis sui ope vitam tribuens: verso deorsum capite, sursum vero cruribus. Atque tali modo suæ matri is generatur. Dixit pater: pulchrum, quod mihi dixisti, pulchra verba abstrusa, quæ tuo ore exierunt. I, sede in throno gloriosissimo, tibique apud patres tuos potentes parato. Cum ire & sedere vellet, Dominus pater discipulum suum vocatum interrogavit: Schelmaj œconome, pervenit ad me quæstio ex domo Vitæ de

ܥܠ ܬܪ̈ܝܢ ܦܬܓ̈ܡܐ ܘܡܟܠܠܐ ܥܠ ܒܘܪܟܐ ܕܢܘܗܪܐ ܘܥܠ ܐܦܪܝܡܐ ܕܟܬܒܐ
ܐܡܝܢ ܘܐܦܢܝܬܗ ܕܝܢ ܥܠ ܠܟܬܒܐ ܡܫܡܫܢܘܬܗ ܐܡܝܢ ܡܫܡܫܢܘܬܗ ܥܠ
ܒܡܟܬܒܘܗܝ ܗܘ ܡܪܝܐ ܕܟܬܒ ܐܦܘܗ ܡܠܬܗ ܗܘܠܟܝܢ ܒܐܘܪܗ ܕܢܝܟܬܗ
ܐܡܝܢ ܗܘ ܡܪܝܐ ܠܐܘܠܨܢܗ ܒܐܘܪܗ ܕܢܝܟܬܗ ܘܐܫܬܘܠ ܘܢܦܩ ܐܬܢܘܬܗ
ܙܟܘܬܐ ܘܩܠܝܢ ܘܬܢܝܢ ܙܕܩܐ ܘܐܬܚܙܝ ܘܐܬܐ ܘܐܪܝܐ ܢܗܘܪܐ ܢܦܫܐ
ܦܬܓܡܐ ܕܐ ܕܡܢܐ ܘܐܬܟܫܦܘ ܘܐܦܢܝܬܗ ܡܠܬܗ ܡܬܠܐ ܡܫܬܡܫ ܡܢܝ
ܕܟܠܐ ܘܐܬܦܢܝܬܗ ܗܘ ܡܪܝܐ ܒܬܐ ܐܬܐ ܡܬܡܠ ܘܠܐܘܠܨܢܐ ܒܐܘܪܚ
ܕܐܢܬܗ ܘܐܦܢܝܬܗ ܗܘ ܡܪܝܐ ܕܒܬܐ ܐܒܘܟ ܡܬܒܪ ܐܬܐ ܡܢ ܐܘܪܚ
ܡܬܒܐ ܕܝܢ ܡܬܡܠܟ ܐܒܘܟ ܡܘܪܒܗ ܐܬܢܟܝܢ ܐܡܝܢ ܗܘ ܡܪܝܐ ܒܐܘܪܟ
ܗܘܠܟܝܢ ܠܐܫܬܘܬܠܦ ܐܘ ܐܢܬ ܡܢ ܐܬܪܐ ܒܬܐ ܢܗܘܪܐ ܕܐܬܬܪܝܢ ܒܬܗ
ܐܢܬܬܗ ܒܐܘܪܚ ܗܘܐ ܘܠܐܫܬܘܬܠܦ ܐܬܦܢܝܬܘܢ ܕܬܠܡܝܕ ܠܐܢܐ ܘܠܐܬܐ
ܥܠ ܐܬܦܢܝܬ ܗܘܪܒܢ ܘܐܦܢܝܬܗ ܕܝܢ ܥܠ ܠܟܬܒܐ ܡܫܡܫܢܘܬܗ
ܐܢܐ ܢܥܠ ܒܫܘܡܠܝܐ ܘܫܘܡܠܐ ܦܬܓܡܐ ܕܝܢ ܒܗܘܢܐ ܡܫܬܡܫ ܡܢܠܐ
ܢܗܘ ܘܫܢܝܐ ܡܢܠܐ ܐܬܚܙܝ ܒܒܬܐ ܘܡܬܬܪܓܡܐ ܢܦܫܐ ܕܝܢ ܡܫܬܐ
ܢܦܫܐ ܠܝܢܗ ܐܠܐ ܘܦܬܐ ܐܝܠܐ ܠܬܪܬܝܢ ܠܐܬܐ ܐܢܬ ܕܒܫܬܐ ܠܥܠܡ
ܒܡܬܚܡܝܢ ܘܠܐܢܦܫܐ ܘܐܦܢܝܬܗ ܢܘܪܐ ܘܡܟܬܒܐ ܘܡܫܬܡܠܝܐ ܘܫܘܦܪܐ
ܕܫܡܫܐ ܕܐܘܪܚܝܢ ܠܟܐ ܐܠܗܝܢ ܘܟܠܐ ܐܝܟ ܡܘܪܘܬܐ ܠܟܐ ܗܘܠܟܝܢ ܘܐܦܢܝܬܗ
ܢܘܪܐ ܘܡܟܬܒܐ ܘܡܫܬܡܠܝܐ ܘܫܘܦܪܐ ܕܫܡܫܐ ܕܐܘܪܚܝܢ ܠܡܢܝܪܐ ܦܢܝܢ
ܘܠܝܠܗܝܢ ܒܬܪ ܡܢܗܪܐ ܘܡܫܬܡܫܝܐ ܐܬܬܪܝܡܬܐ ܕܝܢ ܢܘܦܠܐ ܕܬܪܐ ܘܐܠܗܝܢ
ܘܢܬܟܬܒܘܢ ܠܐܢ ܦܬܐ ܕܫܡܫܐ ܕܝܡܘܬܐ ܙܟܘܬܐ ܕܢܦܫܗ ܒܠܝܠܝܐ ܘܡܬܝܠܕܐ ܢܘܪܐ
ܐܠܠܗܘܢ ܠܐܢ ܦܬܐ ܕܫܡܫܐ ܡܬܬܠܬ ܢܘܪܐ ܡܢܘܪܐ ܡܬܬܡܫܝܐ ܡܬܬܡܫܐ

concionibus contemplativis & rationalibus, nasaræismi profundis, hujusque mundi indagandis. Impleto mundi spatio, ipsi finis quomodo imponetur? Ad omnes quæstiones, a patre propositas, respondere novit; ad hanc vero quæstionem respondere non novit. Tum decubuit: infra sedentibus 362 discipulis. Quem vero Usar Nehuro, mitis sustentator, dominus Vitæ, accedendo inveniens, interrogavit: cur sedes, Schelmaj Oeconome? Respondit: proposuit mihi quæstionem pater, cui respondere nescio. Respondit: quæstionem, quam tibi pater proposuit, ego perspectam mihi habeo, &, quod pater a te petivit, ego in antecetsum tibi dicam. Hic regessit: quæstio hæc tibi nota fuit; tamen illius certiorem me non fecisti. An ejus quidam ex Filiis lucis te certiorem fecit. Ille respondit: hoc novi, tamen id tibi non communicavi; quia coram te mihi pedes haud firmi, neque mei poplites sibi constantes forent. Hoc autem scito. Spatio mundi confecto, cadet terra in fossam, cœlum ut storea convolvetur, splendor solis deficiet, ut etiam candor lunæ deficiet, stellæ & planetæ velut tabescentes decident, & ignis in suum elementum redibit, quomodo & aqua in primam sui naturam vertetur, suasque alas quatuor venti fabricæ mundanæ colligent, neque ii spirabunt. Ille quæsivit: Spiritus Messias, Septem Stellares, animæque malorum, qui eis confessionem adhibuere, quo ibunt? quo venient? quo loco habitaculum ipsis futurum? Hic respondit: Spiritus, Messias, Septem Stellares, animæque malorum, qui eis confessionem adhibuerunt, ii appellantes se invicem, invicemque manu prehensa, sed magnopere flaccescentes, ut malogramatum agreste, ad Ur, dominum caliginis, fastu ingenti tumentem, præcipites ibunt. Peredet vero fumigans &

ܕܟܢܫܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܗܘܢ ܗܦܟܝܢ ܦܠܓ ܡܫ̈ܡܫܢܐ ܩܕܡ ܕܟܠܗܘܢ ܘܐܝܠܝܢ ܡܫܬܡܫܝܢ
ܕܢܡ̈ܘܣܝܗܘܢ ܠܚܕܐ ܡܫܩ̈ܠܐ ܐܦܪܝܢ ܐܝܟ ܕܡܬܬܪܝܡܐ ܕܩܕܡܝܬ ܩܢܘܢܐ ܐܦܪܟܝܢ
ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܠܟܠܗܘܢ ܡܫܬܡܫܢܘܗܝ ܐܢܫ ܢܦܠܐ ܒܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܩܕܡܝܬܐ
ܐܝܟ ܒܐܢܫ ܡܢܟܣ ܡܢܠܐ ܐܢܫܘ ܘܡܢܐ ܡܢܠܐ ܠܘܟܒܘ ܒܒܟܬܐ ܘܡܢܬܟܠܬܐ ܢܠܐ
ܐܝܟ ܡܢܚܬܐ ܒܗܢܐ ܠܟܒܢܘܗ ܐܠܐ ܘܩܢܐ ܐܠܟܡܐ ܠܟܒܢܫܘܗܝ ܐܢܫܐ ܐܝܟܐ ܕܟܡܐ
ܟܠܝܗܝܢ ܓܢ̈ܣܝܗܘܢ ܘܠܐ ܢܩ̈ܫܬܐ ܐܢܫܐ ܘܡܫܡܫܐ ܘܡܫܡܫܝܢܐ ܘܡܦܩܬܐ ܕܟܡܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܗܘܢ
ܠܡܢܝܢܐ ܦܪܝܫ ܘܡܠܦܐ ܡܢܝܢܐ ܐܠܟܡ ܘܟܡܐ ܡܢܝܢܐ ܟܠܝܗܝܢ ܘܡܬܬܩܠܐ ܐܢܫܘܬܐ ܐܝܟ
ܢܡܘܣܐ ܕܟܢܐ ܘܐܝܠܝܢ ܘܡܫܬܡܫܢܘܗܝ ܠܐ ܦܢܐ ܕܡܫܟܚܐ ܒܝܫܘܬܐ ܐܢܫܐ ܕܢܫܡܗ
ܢܦܠ ܒܣܘܓܐ ܒܝܫܘܬܗ ܘܡܬܦܠܓܝܢ ܗܘܢ ܘܐܝܠܝܢ ܠܐ ܦܢܐ ܕܡܫܟܚܐ ܘܡܠܦܢܐ
ܐܢܫܐ ܐܝܟܢܐ ܘܡܫܬܡܫܝܢ ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܕܟܡܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܗܘܢ ܘܐܝܠܝܢ ܐܢܫܐ
ܠܡܫܬܡܫܢܐ ܦܢܐ ܕܟܡܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚܐ ܒܐܘܪܚܐ ܗܘܐܠܟܐ ܘܠܡܫܬܡܫܢܐ ܐܘ ܡܢ ܒܢ
ܘܐܢܫܐ ܒܢܐ ܒܗܘܢܐ ܕܐܝܟܢܐ ܘܐܝܟܢܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚܐ ܒܝܫܘܬܐ ܐܢܫ ܐܝܟܢܐ
ܘܐܝܟܢܐ ܐܠܐ ܐܠܐ ܐܝܟ ܢܣܒܝܢ ܒܗܘܢܐ ܒܡܫܡܫ ܕܒܫܡܫ ܢܫܐ ܡܢ
ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܘܡܫܡܫ ܐܢܫܐ ܐܬܪ̈ܘܬܗܘܢ ܢܫܐ ܐܝܟ ܠܟܡܐܟܡܐ ܒܗܘܢܐ
ܘܐܢܫܐ ܡܢܗ ܐܝܟ ܕܪܘܚܐ ܗܘ ܀

ܒܡܘܦܩܗܘܢ ܕܒܢ̈ܝܐ ܙܟܐ ܡܣܟܢ ܢܨܚܢܐ ܬܘܠܕܬܗ ܠܐܬܪܗ
ܗܘܢܘܢ ܒܢ ܡܫܬܪܐ ܠܐ ܐܦ ܡܫܬܟܠܠ ܗܢܐ ܡܫܬܪܐ ܘܐܦ
ܢܘܪܗܢܐ ܡܫܟܚܐ ܒܗ ܡܫܬܪܐ ܒܫܠܡܐ ܦܢ ܠܟܠ ܡܫܟܚܐ
ܐܢܐ ܗܘ ܕܢܣܒܬ ܡܫܟܚܐ ܢܫܡܫܐ ܡܫܢ ܕܢܗܘܐ ܕܐܠܗܢܐ ܘܐܟܢܐ

agitatus ignis illum Ur, dominum caliginis, Avat Spiritum mendacem, Septem Stellares, animasque malorum, quæ eis confessionem adhibuere. Surgens tunc Schelmaj Oeconomus ad Jatrun, virum pacificum, se contulit, & ipsi dixit: mi pater, quæstioni, quam mihi proposuisti, respondebo. Spatio mundi confecto, cadet terra in fossam, cœlum ut storea convolvetur, splendor solis deficiet, ut etiam candor lunæ deficiet, stellæ & planetæ ut tabescentes decident, & ignis in suum elementum redibit, quomodo & aqua in primam sui naturam vertetur, suasque alas quatuor venti fabricæ mundanæ colligent, neque ii spirabunt. Spiritus, Messias, Septem Stellares, animæque malorum, qui eis confessionem adhibuere, ii se invicem appellantes, manuque invicem prehensa, sed flaccescentes, ut malogramatum agreste, ad Ur, dominum caliginis, fastu ingenti tumentem, præcipites ibunt. Peredet vero fumigans in suo cavo & ventilatus ignis illum Ur, dominum caliginis, Avat Spiritum mendacem, Septem Stellares, animasque malorum, qui eis confessionem adhibuere. Pater demum Oeconomo Schelmaj dixit: hanc rem novisti: quam tamen mihi non communicasti. An aliquis ex Geniis, filiis lucis, certiorem te ejus fecit? Filius respondit: hujus rei me certiorem Aebel Zivo fecit. Pater dixit: i, i, splendore destitute, & luce private, quem Vita a suo conspectu expulit, Geniique a tergo reliquerunt. Vita pura omnibus operibus, purusque cum suis Sociis Javar Zivo. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Remissio peccatorum sit Adamo Zuhrun bar Scharat, & uxori meæ Mudalal fat Scharat, & uxori meæ alteri Samro fat Scharat! Inter aquas & aquas

ܥܢܘܬܐ ܘܡܘܬܐ ܕܐܬܥܠܒܘ ܠܟܦܪܐ ܕܫܥܠܐ ܕܟܥܠܐ ܘܠܦܘܫܩ ܕܥܢܝܢܐ
ܕܡܘܬܐ ܕܠܚܡ ܘܕܥܠܬܐ ܘܫܥܝܬܐ ܘܠܚܡ ܫܒܘܩ ܟܠ ܐܢܫ ܘܢܥܠܝܗ
ܘܫܒܘܩ ܕܡܢܗܘܢ ܟܠ ܠܢܦܫ ܕܢܥܠܘܢ ܐܢܐ ܒܫܒܘܩ ܚܝܐ ܕܐܝܟܢܐ ܒܥܠܡܐ
ܡܥܠܢܘܬܐ ܚܝܬܐ ܘܦܪܫܬܐ ܘܡܥܠܢܘܬܐ ܟܠ ܕܗܘܐ ܘܟܠ ܕܗܘܐ ܘܟܠ
ܕܥܠܗܘܢ ܟܠ ܘܐܝܬ ܕܪܚܡ ܗܘܐ ܠܡܘܠܚܢ ܕܥܠܡ ܕܥܠܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܗ
ܘܟܝܢܐ ܗܘ ܗܘܐ ܘܡܢ ܦܪܘܫܐ ܘܠܚܡܗ ܘܡܚܝܢ ܚܕܘܬܐ ܘܟܝܢܐ ܕܒܪܘܬܐ
ܕܟܝܢܐ ܘܐܡܪ ܐܢܐ ܚܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܠܐܘܪܚܐ ܐܢܐ ܒܫܡܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܦܘܪܫܢ
ܕܪܚܡ ܐܒܐ ܐܘ ܐܡܐ ܐܘ ܐܢܬܬܐ ܐܘ ܒܢܝܐ ܐܘ ܚܬܐ ܐܘ ܚܝܐ ܐܘ ܫܡܫܐ ܐܘ ܢܗܘܪܐ
ܐܘ ܥܢܢܐ ܐܘ ܐܪܥܐ ܐܘ ܚܝܠܐ ܐܘ ܟܘܟܒܐ ܐܘ ܡܠܐܟܐ ܐܘ ܫܡܝܐ ܐܘ ܐܢܫܐ
ܫܠܝܛܐ ܕܥܠܡܐ ܕܦܫܝܛ ܡܢ ܦܘܪܫܢ ܕܟܠܐ ܡܘܫܐ ܘܐܪܥܐ ܗܘ ܘܐܡܪ ܕܢܥܘܠ ܡܢ
ܕܪܚܡ ܐܢܫܐ ܡܥܠܢܘܬܐ ܘܐܡܪܬܐ ܠܗ ܗܘܐ ܚܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܠܐܘܪܚܐ ܠܗ ܗܘ
ܒܫܡܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܦܘܪܫܢ ܕܪܚܡ ܠܗ ܗܘ ܐܒܐ ܠܗ ܗܘ ܐܡܐ ܠܗ ܗܘ
ܥܢܢܐ ܠܗ ܗܘ ܐܪܥܐ ܠܗ ܗܘ ܚܝܠܐ ܠܗ ܗܘ ܟܘܟܒܐ ܠܗ ܗܘ ܗܘ ܡܠܐܟܐ
ܠܗ ܗܘ ܐܢܫܐ ܠܗ ܗܘ ܗܘܝܢ ܫܠܝܛܐ ܕܥܠܡܐ ܕܦܫܝܛܐ ܡܢ ܦܘܪܫܢ ܕܟܠܐ ܡܘܫܐ
ܘܐܪܥܐ ܗܘܐ ܕܢܥܘܠܘܗ ܠܚܝܐ ܗܘܐ ܘܟܠܗܘܢ ܡܥܠܢܘܗ ܟܠܐ ܡܢ ܠܟܠܗܘܢ ܕܚܝܐ
ܐܢܐ ܗܘ ܕܢܥܘܠ ܥܠܡܐ ܚܝܝܐ ܡܫܝܚܐ ܕܗܘܐ ܐܢܫܐ ܘܐܢܫܐ ܥܢܘܬܐ ܢܥܘܬܐ
ܕܐܬܥܠܒܘ ܠܟܦܪܐ ܕܫܥܠܐ ܕܟܥܠܐ ܘܠܦܘܫܩ ܕܥܢܝܢܐ ܕܝܘܡܐ ܕܟܝܢܐ ܘܕܟܝܢܐ
ܕܥܠܬܐ ܘܫܥܝܬܐ ܘܠܚܡ ܫܒܘܩ ܟܠ ܐܢܫ ܘܢܥܠܝܗ ܘܫܒܘܩ ܕܡܢܗܘܢ ܟܠ ܠܢܦܫ ܕܢܥܘܠ
ܒܫܒܘܩ ܚܝܐ ܕܐܝܟܢܐ ܘܒܥܠܡܐ ܡܥܠܢܘܬܐ ܚܝܬܐ ܦܪܫܬܐ ܘܡܥܠܢܘܬܐ ܟܠ
ܕܗܘܐ ܘܟܠ ܕܥܠܗܘܢ ܟܠ ܘܐܝܬ ܕܪܚܡ ܗܘܐ ܡܘܠܚܢ ܕܥܠܡ ܕܥܠܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܗ
ܗܘ ܗܘܐ ܘܡܢ ܦܪܘܫܐ ܘܠܚܡܗ ܘܡܚܝܢ ܚܕܘܬܐ ܘܟܝܢܐ ܕܒܪܘܬܐ ܕܟܝܢܐ

i. e. superiores & inferiores sedens ego Denanukt, scriba sapiens, scriba atramenti divini, præstans, gloriosus & augustus, Oeconomi in hac fabrica **mundana**, Maximique natu in hoc ædificio, in templo sublimi & in domicilio infimo. Hæ meæ literæ in meas manus mihi missæ, & literæ meæ memoriæ super duobus meis brachiis. Ego literis novis exercitatus, antiquis eruditus, sentiens, discernens, & dijudicans, quicquid fuit, est & erit. Venit Dizaj Zuto *), & coram me procubuit. Cui, quod meditabar, aperui. Inquirens ille Zuto; sua vero negotia superba, suaque verba tumida. Inquirens ille in res sublimes dixit: ubi Vita æterna, justitia præexistens, splendor, lux, mors, vita, caligo, lux, error, veritas, destructio, ædificatio, plaga, sanatio, vir excellens, natuque major cœli & terræ conditore? Respondit Denanukt ad rogatum a Dizaj Zuto factum: mihi dijudicanti est vita æterna, mihi justitia præexistens, mihi splendor, mihi lux, mihi error, mihi veritas, mihi destructio, mihi ædificatio, mihi plaga, mihi sanatio, mihi hic vir excellens, natuque major cœli terræque conditore. Prehendi hunc Dizaj Zuto, eumque igne frixi. Inter aquas & aquas sedens ego Denanakt, scriba sapiens, scriba atramenti divini, præstans, gloriosus & augustus, Oeconomi in hac fabrica **mundana**, Maximique natu in hoc æbificio, in templo sublimi, & in domicilio infimo. Hæ meæ literæ in meas manus mihi missæ, & literæ meæ memoriæ super duobus meis brachiis. Ego literis novis exercitatus, antiquis eruditus, sentiens, discernens & dijudicans, quicquid fuit, est & erit. Venit Dizaj Zuto, & coram me procubuit. Cui, quod meditabar, aperui. **Inqui-**

*) Vi suæ appellationis **Pla· ta mea Parva.**

ܘܐܡܪ ܐܚܐ ܚܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܠܐܦܪܩܐ ܐܚܐ ܕܒܫܡܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܡܘܪܟ ܒܝܫܐ ܐܚܐ
ܐܢܫ ܐܚܐ ܢܗܝܪܐ ܐܚܐ ܡܗܝܡܢܐ ܐܚܐ ܚܟܝܡܐ ܐܚܐ ܡܫܝܚܐ ܐܚܐ ܢܗܘܪܐ ܐܚܐ ܛܒܐ ܐܚܐ
ܫܦܝܪܐ ܐܚܐ ܚܣܝܢܐ ܐܚܐ ܩܕܝܫܐ ܐܚܐ ܡܫܡܫܢܐ ܐܚܐ ܐܫܘܝܐ ܐܚܐ ܒܪܝܐ ܡܠܟܐ ܕܦܫܝܫ
ܡܢ ܡܕܝܢܬ ܟܢܫܐ ܡܫܡܗܐ ܘܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܘܐܡܪ ܢܬܠܘܬܐ ܡܢ ܕܝܠܝ ܗܘܐ ܬܫܒܘܚܬܐ
ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܚܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܠܐܦܪܩܐ ܠܗ ܗܘ ܒܫܡܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܡܘܪܟ
ܒܝܫܐ ܠܗ ܗܘ ܐܢܫ ܠܗ ܗܘ ܢܗܝܪܐ ܠܗ ܗܘ ܡܗܝܡܢܐ ܠܗ ܗܘ ܚܟܝܡܐ ܠܗ ܗܘ
ܡܫܝܚܐ ܠܗ ܗܘ ܢܗܘܪܐ ܠܗ ܗܘ ܛܒܐ ܠܗ ܗܘ ܫܦܝܪܐ ܠܗ ܗܘ ܚܣܝܢܐ ܠܗ
ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܠܗ ܗܘ ܡܫܡܫܢܐ ܠܗ ܗܘ ܐܫܘܝܐ ܐܝܟ ܒܪܝܐ ܡܠܟܐ ܕܦܫܝܫ ܡܢ
ܡܕܝܢܬ ܟܢܫܐ ܡܫܡܗܐ ܘܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܘܡܫܬܠܡ ܠܟܠܢ ܗܘܐ ܘܡܟܝܠ ܢܦܫܗ ܠܟܠܗ
ܠܟܠܗ ܡܨܠܝܢ ܐܢܐ ܗܘ ܢܬܠܘܬܐ ܫܡܝܐ ܡܫܡܫܢܐ ܐܫܟܚ ܕܗܘܐ ܕܐܟܚܕܐ ܘܐܢܐ
ܒܫܘܢܝܐ ܕܗܘܢܝܐ ܕܐܝܠܝܢ ܠܟܠܗ ܕܫܡܝܐ ܫܡܝܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܟܠܗܘܢܝܐ ܩܕܝܫ
ܢܘܟܪܝܐ ܘܟܝܢܐ ܢܘܟܪܝܐ ܘܠܟܠܗ ܫܟܝܪ ܟܠ ܐܝܟ ܕܡܠܟܘܬܐ ܘܐܦܢܝ ܕܡܠܟܘܬܐ ܟܠ
ܠܢܘܢ ܕܢܟܦܐ ܒܫܟܝܪ ܡܢܝܐ ܡܬܝܕܥܐ ܘܡܬܟܠܡܢܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܡܫܬܡܠܝܐ ܘܦܪܘܩܐ
ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܟܠ ܕܗܘܢ ܟܠ ܘܟܠ ܕܗܘܐ ܘܥܠܡܐ ܟܠܗ ܘܐܝܟ ܕܗܘܐ ܕܐܦܢܝ
ܕܟܠܗ ܒܢܝܫܗ ܡܬܚܝܠܢܘܬܗ (* ܗܘ ܐܝܟ ܡܬܕܢܚܢܘܬܗ ܢܘܪܐ ܘܡܟܠܟܠܗ
ܡܬܥܫܢܐ ܘܡܫܬܡܫ ܒܡܪܘܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܘܐܡܪ ܐܚܐ ܚܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܠܐܦܪܩܐ ܐܚܐ ܒܫܡܝܐ
ܕܗܘܐ ܡܢ ܡܘܪܟ ܒܝܫܐ ܐܚܐ ܐܢܫ ܐܚܐ ܢܗܝܪܐ ܐܚܐ ܡܗܝܡܢܐ ܐܚܐ ܚܟܝܡܐ ܐܚܐ ܡܫܝܚܐ
ܐܚܐ ܢܗܘܪܐ ܐܚܐ ܛܒܐ ܐܚܐ ܫܦܝܪܐ ܐܚܐ ܚܣܝܢܐ ܐܚܐ ܩܕܝܫܐ ܐܚܐ ܡܫܡܫܢܐ ܐܚܐ
ܐܫܘܝܐ ܐܚܐ ܒܪܝܐ ܡܠܟܐ ܕܦܫܝܫ ܡܢ ܡܕܝܢܬ ܟܢܫܐ ܡܫܡܗܐ ܘܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܘܐܡܪ
ܢܬܠܘܬܐ ܡܢ ܕܝܠܝ ܗܘܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܚܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܠܐܦܪܩܐ
ܠܗ ܗܘ ܒܫܡܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܡܘܪܟ ܒܝܫܐ ܠܗ ܗܘ ܐܢܫ ܠܗ ܗܘ ܢܗܝܪܐ ܠܗ ܗܘ
ܡܗܝܡܢܐ ܠܗ ܗܘ ܚܟܝܡܐ ܠܗ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܠܗ ܗܘ ܢܗܘܪܐ ܠܗ ܗܘ ܛܒܐ ܠܗ
ܗܘ ܫܦܝܪܐ ܠܗ ܗܘ ܚܣܝܢܐ ܠܗ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܠܗ ܗܘ ܡܫܡܫܢܐ ܠܗ ܗܘ ܐܫܘܝܐ
ܐܝܟ ܗܘ ܒܪܝܐ ܡܠܟܐ ܕܦܫܝܫ ܡܢ ܡܕܝܢܬ ܟܢܫܐ ܡܫܡܗܐ ܘܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܢܬܠܘܬܗ

*) ܘܦܘܫܩ intermissum.

rens ille Zuto; sua vero negotia superba, auaque verba tumida. Inquirens ille in res sublimes dixit: ubi vita æterna, justitia præexistens, splendor, lux, mors, vita, caligo, lux, error, veritas, destructio, ædificatio, plaga, sanatio, vir excellens natuque major cœli & terræ couditore? Respondit Denanukt ad rogatum a Dizaj Zuto factum: mihi est vita æterna, mihi justitia præexistens, mihi splendor, mihi lux, mihi error, mihi veritas, mihi destructio, mihi ædificatio, mihi plaga, mihi sanatio, mihi hic vir excellens, natuque major cœli terræque conditore. Prehendi Dizaj Zato, eumque in aquam immersi. Inter aquas & aquas sedens ego Denanukt, scriba sapiens, scriba atramenti divini, præstans, gloriosus & augustus, Oeconomi fabricæ mundanæ in hac fabrica, Maximique natu in hoc ædificio, in templo sublimi, & in domicilio infimo. Hæ literæ meæ in meas manus mihi missæ, & literæ meæ memoriæ super duobus meis brachiis. Ego literis novis exercitatus, antiquis eruditus, sentiens, discernens & dijudicans, quicquid fuit, est & erit. Venit Dizaj Zuto, & coram me procubuit. Cui, quod meditabar, aperui. **Inquirens** ille Zuto; sua vero negotia superba, suaque verba tumida. Inquirens ille in res sublimes dixit: ubi vita æterna, justitia præexistens, splendor, lux, mors, vita, caligo, lux, error, veritas, destructio, ædificatio, plaga, sanatio, vir excellens, natuque major cœli & terræ conditore? Respondit Denanukt ad rogatum a Dizaj Zuto factum: mihi est vita æterna, mihi justitia præexistens, mihi splendor, mihi lux, mihi error, mihi veritas, mihi destructio, mihi ædificatio, mihi plaga, mihi sanatio, mihi hic vir excellens, natuque major cœli terræque conditore. Prehendi Dizaj Zuto,

ܟܪܘܙ ܗܘܐ ܡܘܪܕܝܢ ܐܢܫܘܬܗ ܡܢ ܛܘܥܝܝܐ ܕܥܠܡܐ ܘܡܠܟܐ ܠܡܫܪܪܐ
ܬܘܪܨܐ ܕܟܢܫܐ ܘܐܬܬ ܟܠܗ ܪܘܡܐ ܕܥܘܒܕܐ ܒܡܫܡܠܝܘ ܦܩܘܕܝܗ ܘܐܬܪܟܢܗ
ܘܐܬܡ ܦܫܝܛܐ ܕܢܦܫܗ ܘܡܬܐܡܪ ܩܕܡܝܐ ܕܐܬܐܡܪ ܐܢܐ ܗܘ ܚܝܐ ܕܗܘܘ ܡܢ
ܠܐܦܝܐ ܐܢܐ ܗܘ ܒܥܘܠܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܫܐ ܐܢܐ ܗܘ ܢܘܗܪܐ ܐܢܐ ܗܘ ܫܪܪܐ
ܐܢܐ ܗܘ ܩܝܡܬܐ ܐܢܐ ܗܘ ܚܝܐ ܐܢܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܐܢܐ ܗܘ ܢܘܗܪܐ ܐܢܐ ܗܘ ܬܪܥܐ ܐܢܐ
ܗܘ ܪܥܝܐ ܐܢܐ ܗܘ ܡܢܚܡܢܐ ܐܢܐ ܗܘ ܟܪ̈ܡܐ ܐܢܐ ܗܘ ܡܟܣܝܢܐ ܐܢܐ ܗܘ ܐܘܪܚܐ ܐܢܐ
ܗܘ ܓܒܪܐ ܕܡܝܐ ܕܡܫܡܫ ܡܢ ܡܘܙܓܐ ܕܝܢ ܥܡܡܐ ܘܐܪܥܐ ܗܘܐ ܥܕܡܐ ܠܫܠܡܘܬܐ
ܟܠܗ ܘܟܠܗ ܠܟܠ ܒܡܠܟܘܬܗ ܘܟܠܗ ܒܠܐ ܟܕ ܐܢܫܐ ܕܩܪܝܒܐ ܕܝܠܗ
ܒܪܝܫܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܬܐ ܒܗ ܡܠܟܐ ܐܘܬܪܐ ܕܪܘܚܐ ܢܦܠܗ ܠܒܪܢܫܐ ܒܦܓܪܐ ܡܢ
ܦܓܪܐ ܡܫܡܠܝܐ ܐܝܟܐ ܐܝܟܐ ܢܫܒܚܝܘܗ ܠܒܪܢܫܐ ܗܘܝܘܬܐ ܗܘܝܘܬܐ ܡܬܒܪܝܢܐ
ܡܛܠ ܡܫܠܡܢܘܬܗ ܠܐ ܕܝܢܐ ܡܫܡܠܝܘܬܗ ܐܝܟ ܐܠܗܘܬܗ ܠܐ ܡܬܦܪܫܐ
ܕܟܪ ܢܣܒ ܡܢܐ ܕܫܡܥܬܐ ܡܪܝܐ ܪܒܐ ܕܐܝܬ ܒܥܘܡܩܐ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܕܝܠܗ ܠܒܪܢܫܐ
ܘܐܝܟܢܐ ܡܫܬܡܠܝܐ ܠܐ ܐܬܒܪܝܬ ܐܠܗܘܬܐ ܠܐ ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܡܫܡܫܐ ܡܫܡܠܝܐ
ܡܫܝܚܐ ܟܠܗ ܟܠܗ (* ܘܪܘܚ ܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ܡܫܡܫܡܠܝܢ ܘܐܡܪ ܐܢܐ ܕܐܢܫܘܬܗ
ܐܡܪܬ ܕܐܝܟܢ ܘܐܫܬܘܕܝܗ ܘܡܠܟܘܬܗ ܘܡܠܟܐ ܘܐܡܠܟܗ ܘܠܐܡܫܡܠܝܘ
ܕܝܢ ܡܢܟܪ ܐܘܬܪܐ ܕܦܢܝܗ ܠܒܗ ܘܡܢܝܬܗ ܠܒܢܝ ܦܓܪܐ ܕܢܦܫܗ ܘܠܒܢܝ
ܡܫܠܡܬܐ ܘܡܫܡܠܝܐ ܘܡܫܡܠܝܢܘܬܐ ܒܗܘ ܚܝܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܐܒܘܗܝ ܪܒܐ ܡܫܝܚܐ
ܡܘܪܕܝܢ ܗܘ ܐܝܟܐ ܐܝܟܐ ܢܫܒܚܝܘܗ ܠܒܪܢܫܐ ܗܘܝܘܬܐ ܗܘܝܘܬܐ ܡܬܒܪܝܢܐ
ܡܛܠ ܡܫܠܡܢܘܬܗ ܘܡܛܠ ܦܓܪܐ ܡܫܡܠܝܘܬܗ ܐܝܟ ܐܠܗܘܬܗ ܠܐ ܡܬܦܪܫܐ ܕܠܐ
ܡܬܬܪܝܡ ܐܝܟ ܡܫܡܝܢ ܡܢܟܪ ܪܘܚܐ ܬܘܗܡܐ ܘܡܫܠܐ ܒܐܘܪܚܗ ܠܐ ܟܕܐ ܡܘܠܕܐ
ܘܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܠܝܢܐ ܐܡܪܬܗ ܕܢܘܢ ܡܫܡܠܝܐ ܕܟܠܗ ܐܡܪܬܗ ܐܡܪ ܡܘܡܠ

*) Praetermissum ܕܩܝܡܝܢ stantium.

eumque ab umbraculis matutini temporis usque ad magna tegmina vesperæ transegi Venit Avat Spiritus Venereus, meoque in habitaculo stans mihi dixit: quare sedes, Denanukt? cur tibi hæc insania? Ego sum vita æterna, justitia præexistens, splendor, lux, mors, vita, caligo, lux, error, veritas, destructio, ædificatio, plaga, sanatio, vir excellens, natuque major cœli & terræ conditore. Socium inter reges non habeo, nec ulla alia in meo regno corona, nec ullus hominis filius, qui mihi edictum in atra hac caligine dederit. Venit jam Din, rex Genius choros ducentium, qui hunc Denanukt ex uno corpore eductum in aliud corpus misit: eum ventis, ventis sigillatim tollentibus, certatim portantibus, gradatim evehentibus, & in custodia τȣ Nebaz Hajlo constituentibus. Dominus ille caliginis: orbis amplus suæ terræ est thronus super placenta continentis structus: sui pedes ad loca perditionis infima, maria omnia, orasque extremas, volventibus fluctibus percussas, pertingentes: ipsique millia millia & myriades myriades scortorum serviunt. Quo viso, mecum cogitavi: procumbens eum adorabo, & summisso mei habitu celebrabo Id vero mihi non permisit Din, rex Genius, meus comes, qui dixit: quem adores, Denanukt? cui habitum tui summittas? quem celebres? Vita summa, domusque Patris maximi, æterni, sit tibi in oculis. Hunc Denanukt venti venti sigillatim sustulerunt, certatim portarunt, gradatim evexerunt, & in custodia τȣ Zan Hazazban constituerunt. Armatus ille, accinctus rex iræ, fortis & destruens: suus thronus ad portam cœli positus: dicens ille furi, furare; dicens vero patrifamilias, furti securus surge; ita alloquens furem propter cædem, sed

ܡܟܝܠ ܕܢܐ ܠܒܪ̈ܝܐ ܕܫܬܦܬܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܗܘܐ ܠܐ ܕܡܢ ܡܫܝܚܐ ܠܟܠܗ
ܠܟܠܗ ܥܠܡ̈ܐ ܘܦܘܪܩܢܗ ܘܢܘܗܪܗ ܢܘܗܪܐ ܒܫܝܢܐ ܡܫܡܠܝܢܘܬܗ ܐܢܐ
ܕܢܝܚܘܬܗ (* ܐܬܩܢܝ ܘܐܫܬܘܕܥܘܗܝ ܘܐܬܚܙܝ ܡܫܡܠܝܐ ܕܐܬܚܙܝ ܘܐܬܬܚܡܠܝ
ܕܡܢ ܡܟܝܠ ܐܘܪܚܐ ܕܦܬܝܚ ܠܗܘܢ ܘܐܬܦܬܚ ܠܟܠܗ ܫܘܒܚܐ ܕܢܣܒܬܐ ܘܡܟܠܗ
ܡܣܬܟܠ ܫܡܫܐ ܘܡܫܬܡܫܢܐ ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܢܚܬ ܦܪܨܘܦܐ ܘܫܡܗ ܐܚܐ ܢܚܐ ܦܪܨܘܦܐ
ܫܘܪܝܐ ܗܘ ܐܝܟܐ ܐܝܟܐ ܢܫܬܟܚ ܠܫܘܪܝܐ ܗܘܪܐ ܗܘܪܐ ܡܪܢܝܬܗ ܫܒܝܠܐ
ܫܒܝܠܐ ܫܒܝܚܬܗ ܘܡܠܐ ܪ̈ܘܚܐ ܡܫܡܫܢܗ ܐܝܟ ܐܘܟܡܐ ܟܠ ܡܢܗܪܐ ܕܚܕܬܐ
ܢܘܪܐ ܐܘܟܡܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܡ̈ܠܝܐ ܐܘܟܡܐ ܕܦܪ̈ܝܐ ܡܫܘܚܬܐ ܕܢܟܣܐ ܫܡܫܐ ܕܫܡܫܐ
ܡܫܠܡ ܡܫܘܚ ܡ̈ܠܝܬܐ ܕܐܬܟܠ ܡܫܘܚ ܡܫܘܚܬܐ ܫܘܫܠܬܐ ܕܐܬܬܢܝ ܫܘܫܠܬܐ ܕܡܢ
ܡܢܝܢܐ ܡܟܝܠܬܐ ܘܫܪ̈ܝܪܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܟܠܡܐ ܦܘܪܩܢܐ ܘܐܬܚܙܝܬ ܕܢܟܫܘܢ
ܡܫܠܡܢܐ ܢܗܪܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕܐܟܝܐ ܘܢܗܪ ܚܘ̈ܒܝܢ ܕܟܠܐ ܐܝܟܐ ܢܗܪܐ ܕܡܢܢܐ
ܕܦܘܫ ܚܡܬܐ ܘܢܗܪܐ ܟܠܟܠ ܦܫܬܐ ܠܟܠܗ ܠܟܠܗ ܦܘܪܩܢܐ ܠܦܘܪܩܢܗ ܘܢܘܗܪܗ
ܢܘܗܪܐ ܒܫܝܢܬܐ ܡܫܡܠܝܢܘܬܗ ܘܐܡܪ ܐܢܐ ܕܢܝܚܘܬܗ ܐܬܦܪܬ ܕܐܬܩܢܝ ܘܐܫܬܘܕܥܘܗܝ
ܘܐܬܚܙܝ ܡܫܡܠܝ ܘܐܬܚܙܝ ܘܐܬܬܚܡܠܝ ܕܡܢ ܡܟܝܠ ܐܘܪܚܐ ܕܦܬܝܚ ܘܐܡܪ ܠܟܠܗ
ܫܘܒܚܐ ܕܢܣܒܬܐ ܘܡܟܠܗ ܡܫܝܚܬ ܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܬܡܫܢܐ ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܢܚܬ ܦܪܨܘܦܐ ܘܫܡܗ
ܐܚܐ ܢܚܐ ܦܪܨܘܦܐ ܫܘܪܝܐ ܗܘ ܐܝܟܐ ܐܝܟܐ ܢܫܬܟܚ ܠܫܘܪܝܐ ܗܘܪܐ ܗܘܪܐ
ܡܪܢܝܬܗ ܫܒܝܠܐ ܫܒܝܠܐ ܫܒܝܚܬܗ ܘܡܠܐ ܪ̈ܘܚܐ ܡܫܡܫܢܗ ܐܝܟ ܐܘܟܡܐ ܟܠ
ܡܢܗܪܐ ܫܡܫܐ ܕܟܠܗ ܠܟܠܗ ܠܟܠܗ ܦܘܪܩܢܐ ܠܦܘܪܩܢܗ ܘܢܘܗܪܗ ܢܘܗܪܐ ܒܫܝܢܬܐ
ܡܫܡܠܝܢܘܬܗ ܕܐܢܐ ܕܢܝܚܘܬܗ ܐܬܦܪܬ ܕܐܬܩܢܝ ܘܐܫܬܘܕܥܘܗܝ ܘܐܬܚܙܝ
ܡܫܡܠܝ ܘܐܬܚܙܝ ܘܐܬܬܚܡܠܝ ܕܡܢ ܡܟܝܠ ܐܘܪܚܐ ܕܦܬܝܚ ܘܐܡܪ

*) ܐܬܦܪܬ intermissum.

patrem familias propter jacturam: ipsique millia millia stantium & myriades myriades scortorum serviunt. Quo viso, mecum cogitavi: procumbens eum adoraho, summissoque mei habitu celebrabo. Id vero mihi non permisit Din, rex Genius, meus comes, qui dixit: quem adores, Denanukt? cui habitum tui summittas? quem celebres? Vita summa, æterna, domusque Patris maximi, æterni, sit tibi in oculis. Hunc Denanukt venti venti sigillatim sustulerunt, certatim portarunt, gradatim evexerunt, & in custodia Spiritus Avat constituerunt. Mater illa puellarum corruptricium, mater meretricum, domina interioris, quæ caliginis est, testudinis: consistens illa se heram, quamvis hera non sit, jactat: quomodo &, quæ virgines non sunt, virgines se ostentant: quarum pectora detecta, laciniæque accisæ, quarum capiti corona lasciviæ & scortationis imposita, quæ capientes cor Deorum, capientes admirationem hominum, viros conjectu oculorum, mulieres corde libidinoso capiunt: ipsique millia millia stantium & myriades myriades scortorum serviunt. Quo viso, mecum cogitavi: procumbens eum adorabo, & summisso mei habitu celebrabo. Id vero mihi non permisit Din, rex Genius, meus comes, qui dixit: quem adores, Denanukt? cui habitum tui summittas? quem celebres? Vita summa, domusque Patris maximi, æterni, sit tibi in oculis. Hunc Denanukt venti venti sigillatim sustulerunt, certatim portarunt, gradatim evexerunt, & in custodia τȣ Himun potentis constituerunt. Cui millia millia stantium & myriades myriades scortorum serviebant. Quo viso, mecum cogitavi: procumbens eum adorabo, summissoque mei habitu celebrabo. Id vero mihi non permisit Din, rex Genius, meus comes, qui dixit: quem

ܠܟܠܗܝ ܩܫܝܫܘܬܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܡܠܟܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܡܘܠܟܢ ܘܡܬܚܢܢܘܬܐ ܕܒܝܬ ܡܢܗ ܢܫܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܡܛܠ ܐܝܟ ܗܕܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܡܬܩܪܒ ܗܘ ܐܝܟ ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܬܘܒ ܘܗܢܘܢ ܡܬܚܢܢܝܢ ܡܚܕܐ ܡܚܕܐ ܡܬܚܙܝܢ ܘܡܛܠ ܬܪܝܢ ܡܬܩܪܒܝܢ
ܐܝܟ ܐܝܟܢܐ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܡܬܩܪܒ ܠܗ ܡܢܗܘܢ ܘܗܘܝܘ ܕܩܘܪܒܢ ܡܢܗ. ܡܢ
ܟܠܢܫ ܕܢܐܬܐ ܬܘܒ ܡܢ ܡܘܕܥܐ ܗܘ ܘܡܫܡܫܢ ܡܢ ܩܘܪܒܐ ܕܐܝܟܢܐ ܡܬܚܙܐ ܘܐܦܢ
ܡܢܗܘܢ ܒܢܝܢܐ ܠܟܠܗ ܡܚܙܝܢܬܐ ܬܚܘܬܝܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܡܘܕܥ ܗܘܐ
ܠܡܬܩܪܒܢܘܬܐ ܕܢܬܒܥܐ ܘܡܬܩܪܒ ܠܩܘܕܫܐ ܠܡܫܡܫܘ ܠܐ ܒܗ ܐܢܫ ܢܬܚܙܐ ܕܐܬܚܙܝ
ܚܝܠܐ ܘܡܫܡܫܢ ܩܕܝܫܝܢ ܐܝܟ ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܬܘܒ ܘܬܘܒ
ܡܬܚܢܢܝܢ ܡܚܕܐ ܡܚܕܐ ܡܬܚܙܝܢ ܘܡܛܠ ܬܪܝܢ ܡܬܩܪܒܝܢ ܐܝܟ ܐܝܟܢܐ ܥܠ
ܡܕܒܚܐ ܕܐܬܒܢܝ ܒܢܝܢܐ ܗܢܐ ܩܘܕܫܐ ܘܡܬܚܙܐ ܡܬܩܪܒܢܘܬܐ ܢܩܝܦܐ ܟ̈ܠܗܘܢ ܟ̈ܠܗܘܢ
ܕܡܬܩܪܒ ܩܘܕܫܐ ܘܩܘܡܐ ܩܘܡܐ ܕܡܫܡܫ ܡܫܡܫ ܒܡܫܡܫܝܢ ܠܡܫܡܫ ܗܘܐ ܗܢܘܢ
ܡܬܩܪܒ ܒܟܠܗ ܐܝܟܢܐ ܕܡܬܩܪܒܝܢ ܬܚܘܬܝܗ ܡܩܪܒ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܢܩܝܦܐ ܘܡܬܩܪܒܝܢ
ܒܫܪܐ ܘܡܬܚܙܝܢ ܘܡܬܩܪܒܢܘܬܐ ܩܘܕܫܐ ܩܘܕܫܐ ܡܬܩܪܒܢܘܬܐ ܢܩܝܦܐ ܟ̈ܠܗܘܢ ܡܕܒܚܐ ܕܡܬܩܪܒ
ܡܫܡܫܐ ܘܡܬܚܙܝܢ ܕܟܠܗܘܢ ܘܐܦܢ ܕܗܘܐ ܘܡܬܩܪܒܢܐ ܩܘܕܫܐ ܕܡܬܩܪܒ ܘܐܦܢ ܩܘܕܫܐ
ܒܬܪܗ ܡܕܒܚܐ ܟܝܢܐ ܐܝܟ ܘܬܘܒܐ ܘܡܬܩܪܒ ܡܢ ܡܟܝܠ ܐܘܬܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܠܐ
ܩܘܕܫܐ ܥܠ ܡܛܠ ܡܕܒܚܐ ܕܡܬܩܪܒ ܐܝܟ ܕܝܢ ܡܛܠ ܬܪܝܢ ܕܡܬܚܙܐ ܠܐܝܟܢܐ ܘܠܐ ܬܘܒ
ܡܛܠ ܕܡܛܠ ܕܟܠܗ ܐܝܟ ܐܬܬܐ ܘܡܬܩܪܒ ܩܘܕܫܐ ܠܟܠ ܡܟܝܠ ܐܘܬܐ ܡܛܠ
ܟ̈ܠܗܘܢ ܕܡܬܩܪܒ ܩܘܕܫܐ ܩܘܡܐ ܩܘܡܐ ܩܕܝܫܐ ܡܫܡܫ ܒܡܫܡܫܝܢ ܠܡܫܡܫ
ܗܘܐ ܘܡܬܩܪܒ ܗܢܘܢ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܡܬܩܪܒܢܘܬܐ ܒܡܫܡܫܝܢ ܬܚܘܬܝܗ ܡܩܪܒ ܥܠ
ܡܬܩܪܒܢܘܬܐ ܕܢܩܝܦܐ ܘܡܬܚܙܝܢ ܒܫܪܐ ܘܡܬܩܪܒܢܘܬܐ ܩܘܕܫܐ ܡܛܠ

adores, Denanukt? cui habitum tui summittas? quem celebres? Vita summa, domusque Patris maximi, æterni, tibi sit in oculis. Hunc Denanukt venti venti sigillatim sustulerunt, certatim portarunt gradatim evexerunt, & in custodia τȣ Fetahil constituerunt. Destitutus ille splendore, luce privatus, & a Vita remotus: suum caput album præ aquæ candore, sua barba præ lanæ defluvio. Qui dixit: fabricam mundi vi mea condidi, templum suum meis viribus adornavi, lunam in mundi computationem dedi, solem hominibus ministerio dedi. Quæ res magnifica, orique celebrata, non manu mea facta est? Hunc Denanaukt venti venti sigillatim sustulerunt, certatim portarunt, gradatim evexerunt, eumque in custodia τȣ Abatur, natu grandis, excelsi, occulti & abditi, collocarunt. Contemplans videbam millia millia stantium, & myriades myriades sedentium: qui omnes splendore vestiti, luce operti, corona innocentiæ posita in capite ornati, in thronis mansuetudinis sedentes, & conciones, orationes, precesque arcanas eloquentes. Contemplans videbam mille mille thronos, in quibus positæ, stratæ, & diffusæ stolæ splendoris, puræque tiaræ lucis fuerunt. Dixit Denanukt: in hac custodia animo afflictus, motus & agitatus fui. Quem vero Din, rex Genius, allocutus est. Si ad septem custodias mortis te, Denanukt, duxerim, neque super octava exitii animo afflictus & commotus fueris, quid videns animo afflictus, commotus & agitatus fuisti? Respondit Denanukt regi Genio Din: vidi millia millia stantium, & myriades myriades sedentium; qui omnes splendore vestiti, luce operti, corona innocentiæ posita in capite ornati, in thronis mansuetudinis sedentes, & conciones, orationes preces-

ܟܠܗ ܟܠܗ ܕܪܘܚܬܐ ܘܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܕܟܘܟܒܝܗܘܢ ܘܐܪܥܐ ܕܡܝܐ ܘܐܝܬܘܬܗ
ܦܪܨܘܦܐ ܕܗܘܢܐ ܘܐܟܣ ܚܝܘܬ ܚܕܐ ܕܗܘܢ ܡܢ ܠܐܦܝܩܝܢ ܚܝܘܬ ܒܫܡܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ
ܣܘܪܩ ܕܪܘܡܐ ܘܐܦܝܠܘܬܗ ܚܝܘܬ ܕܟܘܠܐ ܘܚܝܘܬ ܚܠܐ ܘܚܝܘܬ ܕܥܩܪܐ ܚܝܘܬ
ܡܢܟܠ ܚܝܘܬ ܕܗܘܢܐ ܚܝܘܬ ܓܠܝܐ ܚܝܘܬ ܦܪܐ ܚܝܘܬ ܕܒܝܬܐ ܚܝܘܬ ܟܣܝܐ
ܚܝܘܬ ܐܘܟܠܐ ܚܝܘܬ ܥܠܝܗ ܕܢܘܪܐ ܡܝܐ ܕܩܘܦܐ ܡܢ ܦܘܪܫ ܟܒܐ ܦܘܟܠܐ ܘܐܘܪܚܐ
ܗܘܐ ܘܐܦܝܠܘܬܗ ܕܝܢ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܠܒܪܢܫܘܬܐ ܠܘܩܒܠ ܡܪܕܘܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܠܥܒܕܘܬܐ
ܕܐܬܚܘܝ ܘܐܬܚܘܝ ܠܗܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܗܢܐ ܕܒܠܐ ܒܫܘܪܐ ܕܐܝܬ ܘܐܡܪ ܘܐܪܐ ܘܗܘܐ ܢܒܝܐ
ܠܥܠܡܝܢ ܠܥܠܡܐ ܒܥܠܡܐ ܒܗܝܢ ܕܡܢ ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܒܡܠܟܘܬ ܡܢ ܒܥܠܡܐ ܐܡܝܢ ܠܥܠܡܐ
ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪ ܡܫܡܫܢܐ ܕܚܫܝܒܝܢ ܩܪܝܒܐ ܕܗܘܐ ܠܡܘܠ ܥܠ ܦܘܪܥܢܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ
ܘܩܕܡܝܟܝܢ ܒܣܓܝܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܟܗܢܘܬܐ ܫܡܝܢܐ ܘܐܦܝܠܘܬܗ ܕܝܢ ܕܡܫܝܚܐ ܟܕܝܢ ܡܠܟܐ
ܐܪܥܐ ܒܦܘܪܫܐ ܕܡܠܟܐ ܦܘܫܩܐ ܗܘ ܘܐܦܝܠܘܬܗ ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܐܪܥܐ ܠܡܫܝܚܐ ܠܒܪܢܫܐ
ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪ ܘܡܫܡܫܢܐ ܥܠ ܕܗܘܐ ܒܥܠܡܐ ܡܢ. ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ ܕܠܐܦܝܣܐ ܠܟܘܠܗ
ܘܐܝܟܢܐ ܩܕܝܫ ܠܐܠܗܐ ܘܐܦܝܠܘܬܗ ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܐܪܥܐ ܠܡܫܝܚܐ ܘܐܦܝܠܘܬܗ ܐܠܐ
ܠܥܠܡܝܢ ܕܡܫܝܚܐ ܘܠܐܪܥܐ ܕܒܗܘܢ ܡܠܟܘܬܐ ܐܠܐ ܫܡܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܒܗܘܢ ܫܡܝܢ
ܕܒܪܢܫ ܒܫܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܒܗܘܢ ܠܥܠܡܝܢ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܐܘܪܚܐ ܠܐܘܪܚܐ ܫܡܝܢ
ܫܡܐ ܘܫܡܝܢ ܡܠܐ ܕܝܢ ܡܫܝܚܐ ܒܡܠܟܐ ܐܝܬ ܠܟܠܝܗ ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪ ܘܡܫܡܫܢܘܬ
ܡܫܡܫܢܐ ܥܠ ܕܗܘܐ ܘܐܬܝܠܕ ܒܥܠܡܐ ܢܘܪܐ ܡܢܝܬ ܥܠ ܒܪܢܫܐ ܕܢܦܫܐ
ܘܩܕܡܝܟܘܢ ܒܣܓܝܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܟܗܢܘܬܐ ܫܡܝܢܐ ܫܡܝܐ ܐܪܥܐ ܐܝܟ ܫܡܝܐ ܕܗܘܐ
ܘܐܦܝܠܘܬܗ ܪܘܚܢܝܐ ܠܟܘܢ ܡܠܟܐ ܐܪܥܐ ܥܠ ܐܫܬܡܫܬ ܕܫܡܐ ܡܫܝܚܐ ܐܦܪܐ ܐܟܠܐ
ܘܠܐܬܟܬܒ ܘܠܐܠܐ ܠܥܠܡܝܢ ܕܫܡܝܢܐ ܘܠܐܪܥܐ ܥܠ ܕܡܫܝܚܐ ܡܠܟܘܬܐ

que arcanas eloquentes. Vidi mille mille thronos, in quibus stratæ & diffusæ stolæ splendoris, magnæ tiaræ lucis fuerunt. Vidi Vitam æternam, vidi justitiam præexistentem, vidi mortem, vidi vitam, vidi caliginem, vidi destructionem, vidi lucem, vidi errorem, vidi veritatem, vidi ædificationem, vidi plagam, vidi sanationem, vidi virum excellentem, cœli terræque conditore natu majorem. Dixit Din, rex Genius, huic Denanukt: hi throni sunt custodum earum animarum, quæ patre & matre caruerunt, post mille vero annos in familiam patris matrisque casuræ, & tunc in mundum progressuræ, operculo carnis indutæ, at, confecto earum spatio, e mundo exituræ, quæ deinde stolis splendoris vestitæ, tiarisque magnis lucis opertæ, in thronis mansuetudinis sedebunt, & conciones, orationes, precesque arcanas eloquentur. Respondit Denanukt regi Genio Din: quis meus thronus? Regessit rex Genius Din: tua vestis stola splendoris, tua tiara magistra lucis, tua corona hilaris vitis, cujus germen non flaccescet, cujusque folia non decident. Et addidit idem rex Genius Din: i in mundum malorum, regnique omnis locum, i, tuas literas igne comburere, literasque tuas memoriæ in aquam demerge, progredere in mundum, prælege vocem vitæ, doce discipulos per 60 annos & 60 menses, atque, confecto tuo spatio, veniens stolam splendoris indues, tiara magna lucis te operies, coronam hilarem tuo capiti impones, in mansuetudinis throno sedebis, & conciones, orationes, precesque arcanas inter Genios tuos fratres, filios lucis, proferes. Denanukt respondit regi Genio Din: in limine domus Vitæ pulverem potius ederim, quam disparens in mundum malorum, regnique omnis magnum

ܘܐܦܪܝܩܘ ܕܝܢ ܡܟܝܠ ܐܬܪܐ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܗܘ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܩܕܡܝܐ ܕܐܬܐܘܗܝ ܡܫܡܫܢܐ
ܡܫܡܫܢܐ ܕܐܬܐܘܗܝ ܠܐܘܢܐ ܥܠ ܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܕܪܗܘܡܝ ܢܚܬ ܐܦܢܐ ܠܐܝܛܠܝܐ ܘܐܬܐ ܠܗ ܐܝܟܐ
ܘܢܘܚܐ ܦܪܝܫܐ ܐܬܟܢܫ ܐܠܐ ܠܟܠܟܠܢܐ ܕܡܢܐ ܘܠܐܬܪܐ ܕܗܘܠܟܘ ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܠܐ
ܩܕܡܝܬ ܘܠܐ ܒܫܘܪܐ ܘܗܟܢ ܕܗܘܝܬ ܒܦܘܪܐ ܦܘܪܫܐ ܒܗܘܢ ܠܟܠܟܠܢܐ ܡܢܐ ܩܠܐ
ܕܢܫܐ ܘܬܘܒ ܬܫܒܘܚܬܐ ܩܕܡ ܗܢܐ ܘܩܕܡ ܡܠܟܐ ܟܕ ܡܫܒܚܝܢ ܒܡܠܝܢ ܬܐ
ܠܒܢܝ ܐܦܪܝܩܝܐ ܕܗܠܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܦܬܓܡܢܘܬܐ ܗܘܐ ܕܡܗܘܢܐ ܘܬܐܕܐ ܒܡܫܝܚܝ ܒܟܠܟܝܢ
ܗܘܐ ܘܐܦܢ ܕܐܢܛܝܘܟ ܒܡܕܝܢܬܐ ܒܗܘܢ ܘܐܢܫܝܢ ܒܥܠܡܐ ܘܡܫܬܡܫܝܢ ܡܢܝܢ ܟܠܗܘܢ
ܟܠܗܘܢ ܡܢܐ ܕܦܝܫܐ ܕܦܘܪܫܢܐ ܡܠܟܐ ܩܕܡܝ ܘܗܘܝ ܪܒܝ ܡܢܬܐ ܕܦܘܪܫܢܐ
ܒܪܘܚܐ ܕܗܘܢܐ ܘܡܠܟܐ ܡܢܝܢܝܢ ܘܩܕܡܝܢ ܘܐܦܪܝܟܘܢ ܐܠܐ ܡܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܡܢܝܢܝܢ ܘܩܕܡܝܢ ܐܠܐ ܥܠ ܢܦܫܗܘܢ ܒܗܘܢ ܡܢܬܐ ܕܡܠܟܐ.
ܡܢܝܢܝܢ ܘܩܕܡܝܢ ܐܠܐ ܢܦܫܗܘܢ ܢܦܝܠܐ ܘܒܗܘܢ ܠܐܢܛܝܘܟܝ ܕܝܘܡܐ
ܒܡܫܝܚܐ ܘܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܘܪܚܐ ܗܘܝܘ ܘܟܠܗ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܡܛܠܗܘܢ ܠܟܢܫܐ
ܒܬܪܟܢ ܘܐܦܪܝܟܘ ܐܝܟܢܐ ܩܕܡܝ ܩܕܡ ܒܪܢ ܘܗܠܝܢ ܒܗܘܢܐ ܘܗܘܝ
ܕܥܒܕܝܢ ܬܫܒܘܚܬܐ ܒܫܠܡܐ ܘܐܦܢ ܕܗܘܝܬܐ ܐܡܬܝ ܗܘ ܘܩܕܡܝܬ ܘܐܡܪܐ
ܕܐܢܛܝܘܟ ܦܬܓܡܐ ܕܐܢܛܝܘܟ ܦܘܢܝ ܘܗܘܐ ܕܡܠܟܐ ܐܝܟ ܠܗ ܒܗܘܢܐ
ܡܫܝܚܝܐ ܘܦܠܚ ܕܐܢܛܝܘܟ ܐܝܟܢ ܩܕܡܝ ܘܠܐ ܒܗܘܢܐ ܘܗܘܝ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܒܝܬܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܠܟܠܟܠܢܐ ܐܝܟ ܡܢ ܠܐ ܕܢܫܐ
ܘܬܘܒ ܬܫܒܘܚܬܐ ܩܕܡ ܗܢܐ ܘܩܕܡܝ ܡܢܐ ܘܩܕܡ ܡܠܟܐ ܟܕ
ܡܫܒܚܝܢ ܒܟܠ ܠܐܢܛܝܘܟ ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܕܦܘܫ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܟܢܫܐ
ܕܐܬܐ ܡܢܐ ܘܐܦܢ ܕܐܢܛܝܘܟ ܒܡܫܝܚܐ ܟܢܫܐ ܕܐܬܐ ܢܫܐ
ܘܗܢܐ ܒܡܫܝܚܘܬܗ ܟܢܫܐ ܕܐܬܐ ܢܫܐ ܘܡܠܟܘܬܗ ܒܗ ܕܡܕܝܢܬܐ

locum abierim. Dia rex Genius dixit: insipiens qui non fuit, sapiens, deficiens qui non fuit, præstans, hi in limine domus vitæ pulverem non edent, sed quod bonum edent, & quod quietum expetent. I te abditurus in mundum malorum, omnisque regni locum, tuas literas igne combure, literasque tuas memoriæ in aquam demerge, progredere in mundum, prælege vocem vitæ, doce discipulos per 60 annos & 60 menses, atque, confecto tuo spatio, veniens stolam splendoris indues, tiara magna lucis te operies, coronamque hilarem tuo capiti impones. Denanukt respondit: aperui meos oculos, sustuli mea supercilia, contemplans vidi mille mille heros, stantes in sole, mihique illacrimantes, & myriades myriades herarum, stantium in aprico diei, mihi plangentium & illacrimantium. Quibus dixi: ite, heri, mihi plangentes & illacrimantes, ite, vobismetipsi illacrimamini, heræ, mihi plangentes & illacrimantes, ite, vobismetipsæ plangite & illacrimamini. Non vidistis, quæ meis oculis vidi, nec audiistis, quæ aures meæ audierunt. Surrexit posthæc Denanukt, & vocatæ uxori suæ Nurajto dixit: mihi has literas sumtas igne combure, literasque has meæ memoriæ in aquam demerge. Uxor Nurajto, seposita mea filiâ, sedens dixit: Denanukt errat, Denanukt errat. An filius regum sic nugatus est. Surgens tum Denanukt, ipse has literas igne combussit, memoriæque literas in aquam demersit, exiit in hunc mundum, pronuntiavit vocem vitæ, discipulosque per 60 annos, 60 menses, & 60 dies docuit. Quem vero, confecto suo spatio, corpore egressum ad portam domus vitæ evexerunt. Atque ipsi petenti, ut portam domus vitæ sibi aperirent, portam domus vitæ aperuerunt. Quo facto,

ܥܠ ܕܡܪܝܐ ܢܟܝ ܠܡܠܟܘܬܗ ܐܘܚܕܢܐ ܕܝܘܡܐ ܘܡܫܝܚܘܬܗ ܕܒܪܢܫܘܬܐ ܗܘܐ
ܒܝܘܡܐ ܘܐܬܟܢܫܘ ܒܟܢܘܫܬܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܫܡܥܘ ܐܘܪܚܐ ܘܐܬܝܠܕܘ ܒܢܝܢܫܐ ܘܡܠܟܐ
ܝܠܕܐ ܕܝܠܗ . ܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ ܘܡܠܟܐ ܕܒܗܘܢ ܐܝܬ ܘܡܠܟܐ . ܕܡܠܟܘܬܗ ܗܘܐ ܘܡܠܟ
ܠܫܡܝܐ ܘܠܐ ܐܬܚܙܝ ܠܒܢܝܢܫܐ ܐܠܗܐ ܘܡܫܝܚܐ ܘܡܪܝܐ . ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܐܬܐ
ܢܒܝܐ ܕܝܠܗ ܕܫܡܝܐ ܕܐܬܐ ܠܡܫܝܚܐ ܬܫܡܫܘܢ ܘܬܗܘܘܢ ܕܝܠܗ ܠܡܠܟܘܬܗ
ܥܠ ܗܘܐ ܠܐܢܫܘܬܐ ܘܡܠܟܘܬܗ ܕܫܡܝܐ ܘܡܫܝܚܘܬܗ ܘܠܒܢܝܢܫܐ ܕܫܡܝܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܥܠ
ܒܪܢܫܐ ܘܡܫܝܚܐ ܕܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ . ܘܐܬܐ ܡܠܟܐ ܕܝܠܗ ܕܡܠܟܘܬܗ ܐܝܬ ܐܚܝ ܠܗ
ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܫܡܝܐ *

ܒܡܫܝܚܐ ܕܡܠܟܐ ܥܠ ܒܢܝܢܫܐ ܐܘܪܚܐ ܘܡܫܝܚܐ
ܘܡܫܝܚܘܬܗ ܠܐܢܫܐ ܗܘܘ ܡܢ ܩܕܡ ܘܡܠܟܘܬܗ ܕܡܠܟܐ ܥܠ ܩܕܡ ܘܡܠܟܘܬܗ ܡܫܝܚܘܬܐ
ܫܡܝܐ ܥܠ ܩܕܡ ܡܫܝܚܘܬܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܠܟܐ ܘܐܬܐ ܢܒܝܐ ܡܢ ܐܘܪܚܐ
ܠܒܢܝܢܫܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܘܐܬܐ ܐܘ ܠܡܠܟܐ ܢܒܝܐ ܗܘܐ ܒܫܡܝܐ ܐܝܬ
ܕܫܡܝܐ ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܐܢܫܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܘܪܚܐ . ܠܡܫܝܚܘܬܗ ܒܫܡܝܐ
ܘܡܢ ܡܢܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܡܫܝܚܐ ܫܡܝܐ ܐܘܪܚܐ ܐܘ
ܠܡܠܟܐ ܢܒܝܐ ܐܝܬ ܫܡܝܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܢܝܢܫܐ ܕܡܫܝܚܐ ܒܫܡܝܐ
ܐܢܐ ܡܫܝܚܘܬܗ ܕܫܡܝܐ ܒܐܪܥܐ ܘܡܫܝܚܐ ܐܝܬ ܒܫܡܝܐ ܘܡܠܟܘܬܗ
ܐܪܥܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܘܡܫܝܚܐ ܢܒܝܐ ܠܫܡܝܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܘܡܫܝܚܐ ܡܢ
ܐܠܗܐ ܐܢܫܐ ܕܫܡܝܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܫܡܝܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ ܘܡܠܟܘܬܐ
ܘܡܫܝܚܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ ܘܡܫܝܚܐ
ܒܡܫܝܚܘܬܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ ܘܐܢܫܐ ܘܐܪܥܐ ܒܡܫܝܚܘܬܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ ܒܡܫܝܚܘܬܐ

conspiciendum ei Bar Gudo, dominum veritatis, præbuerunt, &, excusso suo indumento, eum stola splendoris vestierunt, & tiara magna lucis operuerunt: quomodo & allatam coronam ex læta vite factam suo capiti imposuerunt. Stabat jam Denanukt in loco vitæ, in loco omnis splendoris, in loco omnis lucis. Et consistens ille magna virtute, celebravit Vitam summam, & præstantem rectamque naturam, ipsi similem, dicens: gradu hoc, quo ego ascendi, ascendent & venient omnes Nasaræi justi, fideles & mites, atque recte ii constituti, ore lucis summæ, primæ, confirmabuntur. Permanens Vita in luce, rectusque Nuntius vitæ in puritate. Vita pura omnibus operibus.

In nomine Vitæ summæ. Illucescat ingenium, intelligendi & sciendi facultas Adamo Zuhrun bar Scharat, uxori meæ Mudalal fat Scharat, alterique meæ uxori Samro fat Scharat! Prudentia hæc, & quæstiones, quas explicuit, dicendoque declaravit Jahia filius Zachariæ Nasaræis justis & fidelibus. Hæc præcepit. Si opes habueris, præbeas te spectabilem beneficentia, spectabilem omnibus operibus, sicut rex, qui, coronato capite suo, bellum in mundo adversus improbos ac mendaces, caliginis hospites, gerit. Si opes non habueris, referas spectabilis tua beneficentia Nasaræum verum, & quidem agricolam, qui subigens terram colensque, cedros ex illa producit. Excipe hospitio pacificos; subveni pro facultate spectatis beneficentia, eorumque innocentiam invenies. Arma eorum, qui beneficentia spectati sunt, veracitas, fides, rectitudo, scientia, judicium, sapientia, prudentia, disciplina, veritas, precatio, laus, merces, benevolentia, mansvetudo, bonitas, summissio, æquitas,

ܘܪ̈ܚܡܘܬܐ ܘܡܟܝܟܘܬܐ ܘܬܪܥܝܬܐ ܘܬܡܝܡܘܬܐ ܘܢܟܦܘܬܐ ܘܟܐܢܘܬܐ ܘܡܫܡܠܝܘܬܐ
ܘܚܣܝܘܬܐ ܘܬܡܝܡܘܬܐ ܘܢܗܝܪܘܬܐ ܘܫܠܡܐ ܕܢܦܫܐ ܘܬܫܡܫܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܝܟ
ܕܡܫܝܚ ܠܐܢܫܝܢ ܩܕܝܫܐ ܘܫܡܝܢ ܘܩܪܒܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܐܝܟ ܕܡܫܡܠܝܢ
ܐܦܝܢ ܕܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ ܕܗܘ ܘܩܝܡ ܕܒܡܠܟܘܬ ܐܠܗܐ ܐܝܟ
ܕܢܘܚܝܢ ܐܦܠܐ ܕܢ ܢܕܥܘܢ ܐܝܟ ܡܫܡܠܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܡܢܝܢ ܐܝܟ
ܕܐܚܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܢܦܩܝܢ ܒܚܟܡܬܐ ܐܝܟ ܡܬܢܨܚܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܟܠܗܘܢ
ܘܠܐܝܠܝܢ ܟܠ ܡܫܡܠܝܢ ܐܝܟ ܫܡܝܢ ܐܦܢ ܘܦܪܫ ܫܡܝܐ ܕܫܡܝܢ
ܐܝܟ ܡܫܡܠܝܢ ܫܦܝܪܐ ܕܐܦܠܐ ܦܢ ܡܫܡܠܝܐ ܬܘܒ ܠܐܝܠܝܢ
ܐܝܟ ܡܪܝܡ ܠܐܝܠܝܢ ܩܕܝܫܝܢ ܕܟܠܗ ܕܝܠܗ ܐܝܟ ܕܒܗܝܢ
ܘܡܫܡܠܝܢ ܡܢ ܩܕܡܐ ܠܐܢܫܝܢ ܐܝܟ ܐܪܥܐ ܘܦܠܚܝܢ ܗܘ ܐܪܥܐ
ܘܩܕܡ ܠܟܠܗܘܢ ܘܙܪܥܐ ܐܝܟ ܕܡܫܡܠܝܢ ܕܥܠܬܐ ܠܐܝܠܝܢ ܘܠܐܝܠܝܢ
ܘܠܐܝܠܝܢ ܡܢܝܢ ܐܝܟ ܡܫܡܠܝܢ ܗܘܝܐ ܕܫܡܝܢ ܡܢ ܫܡܝܐ
ܠܐܝܠܝܢ ܐܝܟ ܕܡܫܡܠܝܢ ܗܘ ܕܢܦܫܢ ܘܫܡܝܐ ܫܡܝܢܐ ܕܫܡܝܢܐ ܐܝܟ
ܕܢܗܘܘܢ (* ܠܐܝܠܝܢ ܩܕܝܫܝܢ ܕܠܐܢܫܝܢ ܐܝܟ ܡܫܡܠܝܢ
ܠܐ ܟܠܐ ܐܦܢ ܢܬܬܢܝܚ ܐܝܟ ܐܬܚܙܝܘ ܡܢܐ ܕܡܫܡܠܝܢ ܐܫܬܝܢ
ܫܦܠܐ ܐܝܟ ܡܫܡܠܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܘܠܐܝܠܝܢ ܩܕܝܫܝܢ ܕܟܠܗ ܕܝܠܗ ܐܝܟ
ܐܬܚܙܝܘ ܠܐܝܠܝܢ ܢܦܫܢ ܕܡܫܡܠܝܢ ܐܝܟ ܐܬܚܙܝܘ ܐܦܢ ܢܦܫܢ
ܘܩܕܝܫܝܢ ܕܫܡܝܐ ܠܐܝܠܝܢ ܐܝܟ ܡܫܡܠܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܟܠܗ ܟܠ ܐܢܫ
ܩܕܝܫ ܐܝܟ ܡܫܡܠܝܢ ܡܢܗܘܢ ܟܠ ܢܦܫܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܡܫܡܠܝܐ ܐܝܟ

---

*) Lege ܕܪܥܘܬܐ

exploratio, svavitas, providentia, sollertia, puritas, innocentia, concordia, clementia, gratia, ratio, lenitas vitæ, veracitatisque amor. Hæc summa tuæ veracitatis: ne corrumpas tuum dictum, nec falsitatem ac mendacium ames. Summa tuæ fidei: adhibe fidem regi lucis, qui in quovis justo inest & manet. Summa tuæ rectitudinis: te ipsum judica. Summa tuæ scientiæ: rebus alienis ne te misceas. Summa tui judicii: probro ne te tradas. Summa tuæ sapientiæ: famæ alienæ ne detrahas, neque pacificis irrideas. Summa tuæ prudentiæ: verbum tui Domini discerne & dijudica. Summa tuæ disciplinæ: quod jure meritoque bonis doctoribus debetur, iis ne subtrahas. Summa tuæ veritatis: ne mutes tuum dictum in id, quod tuum non sit i. e. fidem ne fallas. Summa tuæ precationis & laudis: quod insaniæ sit, ne ames. Summa tuæ beneficentiæ & bonitatis: stipem aquamque esurientibus ac sitientibus eroga. Summa tuæ mansvetudinis: usuram ne accipias, neque iracunde aut contumaciter agas. Summa tuæ humilitatis: nomen tui Domini a tuo ore non recedat. Summa tuæ æquitatis: intende animum, præceptaque sapientum accipe. Summa tuæ disquisitionis: ne dicas aliquid, quod nescias. Summa tuæ jucunditatis: cura, ut cuilibet magni habearis. Summa tuæ providentiæ: nosce tuum cogitatum, deinde loquere. Summa rectæ tuæ indolis: ne concupiscas & capias, quod tuum non sit. Summa tuæ puritatis: impuris ne te tradas. Summa tuæ innocentiæ: innocentem te præsta, nec, quod odiosum sit, ames. Summa suæ æquitatis: usuram ne ab eo, qui te major sit, sumas. Summa tuæ clementiæ: clementer animas afflictorum & vexatorum tracta. Summa tuæ

ܬܫܡܫܬܗ ܕܩܕܝܫ: ܠܐܬܪܐ ܕܐܬܘܬ ܦܩܘܕܘ ܫܡܥ ܢܚܡܬܗ ܡܫܡܐ
ܕܩܘܡܬ ܡܢ ܒܝܬܗ ܫܡܥ ܕܐܬܡܠܟܬ ܠܒܝܬܗ ܕܐܬܡܠܘܬ ܒܫܡܝܐ
ܠܘܬ ܐܝܠܐ ܢܝܚܐ ܕܐܬܡܢܝܘ ܦܩܝܕ ܦܩܝܕܢܐ ܒܫܡܝܐ ܕܡܐ ܠܡܢܘܪܐ
ܕܡܫܠܡ ܘܡܬܠ ܨܘܒܘ ܢܗܝܪܐ ܬܘܪܐ ܕܡܐ ܠܒܝܬܐ ܕܒܫܡܝܐ
ܕܬܠܬ ܦܪܨܘ ܕܡܬܠܬܘ ܡܬܢܚܡܢܐ ܕܡܐ ܠܐܪܙܐ ܕܙܘܓܐ ܘܢܝܫܗ
ܫܪܐ ܢܝܪܐ ܘܫܪܪܐ ܦܘܪܩܢܐ ܕܡܐ ܠܡܫܝܚܐ ܫܪܝܪܐ ܕܡܢܐ ܘܡܬܩܒܠ
ܩܢܘܡܗ ܒܟܘܠ ܡܡܠܠ ܫܠܝܡܐ ܕܡܐ ܠܐܪܙܐ ܕܡܫܠܡܐ ܒܟܘܠ
ܡܡܠܐ ܢܒܝܘܬܐ ܕܡܐ ܠܐܘܡܢܐ ܫܪܝܪܐ ܕܒܟܠܐ ܡܢ ܟܠ ܫܘܠܡܐ
ܡܫܡܫܢܐ ܫܝܪܐ ܕܡܐ ܠܫܢܝܐ ܢܘܪܐ ܕܒܝ. ܫܩܠ ܠܢܫܡܐ
ܩܕܝܫܐ ܡܢܐ ܕܡܐ ܠܗܘܢܐ ܕܡܐ ܕܐܬܚܙܝ ܐܫܬܐ ܠܡܫܡܫܘ
ܡܢ ܕܒܟܠܗ ܒܫܡܐ ܕܒܥܘܬܐ ܘܬܫܡܫܬܐ ܕܡܐ ܠܐܒܝܢܐ ܕܟܝܢܐ
ܘܡܬܟܬܫ ܥܠ ܟܠܗ ܕܗܘܬ ܐܝܟ ܕܪܬܐ ܡܫܡܫܐ ܕܡܐ ܠܟܠܗܘܢ
ܕܫܡܥܝܢ ܕܠܫܘܪܐ ܩܫܝܬܐ ܦܠܦܠܝ ܢܩܝܐ ܕܡܐ ܠܟܢܝܐ ܢܟܠܐ
ܘܩܫܝܫܐ ܡܫܝܚܐ ܕܡܐ ܠܟܠܗ ܕܢܛܪܐ ܘܦܠܚܢܘܬܐ ܟܘܠܗ
ܕܡܫܡܫܐ ܕܦܪܐ ܡܫܡܫܢܐ: ܫܪܝܪܐ ܕܡܐ ܠܟܘܡܪܐ ܡܟܝܟܐ
ܕܟܘܡ ܘܡܬܟܠܠ ܘܡܫܬܪܪ ܫܡܝܢܐ ܕܡܐ ܠܟܘܪܐ ܕܡܫܡܫܢܐ
ܘܐܠܝܐ ܘܢܒܝܐ ܟܫܡܫܐ ܬܘܪܐ ܕܡܐ ܠܟܠܗܪܐ ܕܡܫܡܫ ܕܟܠܐ
ܘܡܬܬܠܘܬܗ ܠܐܦܝ ܐܘܪܝܐ ܘܡܫܬܥܐ ܕܡܐ ܠܟܪܘܒܝܐ ܡܫܬܠܝܐ
ܒܡܫܡܫܗ ܟܠܗ ܓܒܪܐ ܐܢܫܐ ܕܡܐ ܠܫܡܫܐ ܠܡܬܦܫܛܘ ܐܘܪܗܐ

laudis: celebra locum, unde venisti. Summa tuæ lenitatis: memento *) diei, quo tuo corpore exibis. Summa tui amoris: collige amorem justitiæ erga fratres bonos, quibus amor tui Domini magnopere suppetit. Justitia tua similis bilancibus juste appensis, quibus nulla motitatio inest. Rectus similis est judici veritatis, cujus sermoni mendacium non inest. Fidelis similis est agricolæ, qui seminans, fructus bonos & speciosos profert. Sciens similis est architecto perito, qui fabricam suam construens, omni eam ornatu distinguit. Perspicax similis est pictori, qui imagines omnis pulchritudinis effingit. Sapiens similis est artifici perito, qui rei omnis intelligens est. Perspicax, instruens & instructus literis, similis est lucernæ lucenti, quæ, quicquid a sinistra & dextra fuerit, illuminat. Verax est similis monti excelso, quem suo loco dimovere venti nequeunt. Spectatus precatione gratiarumque actione similis est mercatori, qui multiplicando millies lucrum auget. Bonus, stipem erogans, similis est mensæ satis superque instructæ, & coram esurientibus positæ. Mansuetus similis est fructui dulci & svavi. Humilis est similis aquæ deciduæ, & huc illuc pro voluntate sui Domini diffusæ, translatæ, & ordinatæ. Instructus literis est similis comæ arboris insigni, cultæ, coronatæ & concinnæ. Jucundus est similis monti uvarum, arborum & aromatum svavium feraci. Providens est similis custodi integræ fidei, qui in toto suo officio non reprehenditur. Sollers est similis cibo, qui imbutus sapore omnis fructus fuit. Purus similis est fonti puræ indolis,

*) Hoc aut simile verbum deficit.

ܙܢܐ ܕܟܠ ܒܗܘܢܐ ܠܡܦܩܢܘܬܐ ܐܚܪܐ ܙܕܩ ܠܡܫܘܬܐ ܡܫܡܠܝܐ ܕܟܘܠ
ܦܪܘܣܐ ܕܝܠܗ ܦܠܦܪܝܬܐ ܢܝܫܐ ܕܢܝܫܗ ܙܕܩ ܠܡܥܡܠܐ ܕܟܠ ܢܘܚܐ
ܘܟܠ ܒܡܠܐ ܦܣܝܩܬܐ ܠܥܢܝܢܐ ܙܕܩ ܠܡܠܐ ܦܫܝܩܬܐ ܕܒܟܠ ܦܝܫܐ
ܘܒܬܐ ܢܝܫܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܐܝܟ ܘܡܫܡܫܢ ܠܐܦܝܐ ܙܕܩ ܠܡܦܪܫܐ ܕܐܫܬ
ܒܗܠ ܐܝܬܐ ܕܐܝܟ ܘܡܫܡܫܢ ܠܐܦܐܠ ܡܢ ܐܣܘܪ ܦܬܓܡܐ ܒܗܘ
ܡܢ ܕܢܦܠ ܒܡܫܘܚܬܐ ܒܗܘܢܐ ܙܕܩ ܠܐܒ ܢܦܫܐ ܕܟܠ ܚܕܗ ܘܡܠܟܗ
ܦܠܐܘܐܦ ܒܗܡܙܪ ܘܡܠܟܘܬܐ ܐܙܥܪ ܘܐܝܣܦ ܒܥܠܡܘ ܡܢ.
ܦܬܠܐ ܘܟܘܠܐ ܘܚܒܪܐ ܘܡܪܐ ܘܗܘܐ ܘܝܠܕܘܬܐ ܘܡܬܪܥܝܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܘܐܫܬܘܬܐ ܘܡܫܐ ܘܫܒܝܠܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܟܪܝܘܬܐ ܘܚܘܫܒܘܬܐ ܘܡܫܡܠܝܘܬܐ
ܘܐܢܫܐ ܗܘ ܕܠܐ ܘܐܝܬܘܬܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܘܦܘܪܫܢܘܬܐ ܘܐܝܟܢܘܬܐ ܘܗܘܝܐ
ܘܐܦܠܐ ܒܗܠܝܢ ܘܪܘܚܐ ܘܪܘܚܢܐ ܘܫܒܝܠܐ ܘܗܘܝܐ ܘܫܠܝܐ ܕܡܫܡܠܝܘܬܗ
ܒܠܐ ܐܢܫ ܡܫܡܠܝ ܘܗܘܝܐ ܘܡܠܐ ܘܫܡܫܘܬܐ ܘܗܘܝܐ ܘܐܝܟܢܐ
ܘܡܘܙܢ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܐܝܬܘܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܢܦܫܐ ܘܡܬܡܠܝܢܐ ܕܡܫܡܫܢ
ܡܫܡܫܢܐ ܦܘܠܓܐ ܒܡܠܐ ܘܡܬܘܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܦܘܠܓܐ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܟܘܢ ܘܬܠܬ ܒܡܠܐ ܠܠܠ ܡܠܠܬܐ ܐܝܟ ܗܘܦܟܐ
ܕܦܪܘܫܘ ܒܗܠܝܢ ܙܕܩ ܠܡܦܩܕ ܕܡܠܬܐ ܒܡܠܬܗ ܒܗܠܝܢ
ܙܕܩ ܠܡܦܪܫܐ ܕܡܢ ܠܓܒ ܐܢܫܗ ܙܘܥܐ ܗܘ ܕܝܠܗ ܘܡܦܪܫܐ
ܗܢܐ ܐܦܫܪ ܙܕܩ ܠܡܦܪܫ ܕܡܢ ܢܦܫܗ ܕܡܢܗ ܢܒܥܐ ܙܕܩ
ܗܡܦܠܐ ܕܗܠܝܢ ܐܝܟܢܐ ܒܗܘܬܐ ܦܪܝܫ ܙܕܩ ܠܡܫܐ ܕܦܪܘܫ
ܒܦܪܣܐ ܕܒܗܠ ܕܒܗ ܡܫܡܠܝܐ ܘܡܬܩܢܝܢ ܦܠܐ ܕܟܠ ܙܕܩ
ܠܡܦܐ ܡܫܡܫܐ ܕܡܫܡܫܢ ܗܫܡܫܐ ܕܒܗ ܒܡܠܐ ܙܕܩ ܠܐܢܫܝܐ

qui nihil sordidi accipit. Innocens est similis lucernæ politæ, qua quævis facies distinguitur. Propitius, propitium se præbens, similis est soli, qui bonis malisque lucet. Benignus similis est vento jucundo, qui omnibus portis & fenestris afflat. Ratiocinator, meditans, suumque statum ad calculos vocans, similis est equiti, armis vincto, cogitanti autem & reputanti secum: quando meis vinculis solvar? Qui plenus amore justitiæ, similis est patri bono, qui suis filiis natisque sine mercede gratificatur. Cauti, mei electi & fideles, estote, & abstinete a fraude, iniquitate, falsitate, mendacio, dolo, perfidia, motitatione trutinæ, malitia, perversitate, errore, tumultu, arte obscura, infidelitate, asperitate, stultitia, cantu, opprobrio, scortatione, commistione improba, mala venere, magnitudine spiritus, oculorum fastu, ebrietata, saltu, deceptione, libidine & ardore, quo homines capiuntur, invidia, zelo, tribulatione, inimicitia, impudentia, ira, acerbitate, contumacia, fornicatione, direptione diripientium, oppressione opprimentium, diripientium & spoliantium pauperes, sordibus & contactu corporum immundorum, arrogantia & contemtu eorum, qui pauperes arroganter & contemtim tractant. Pacificis præcepta Domini vestri prædicate. Dolosus similis est majzo, per suam fraudem obumbranti. Iniquus similis est malo punico, extrinsecus aspectu hilari, intus cumini pleno. Falsificus similis est passeri, passeri fero, qui deducens suos socios in gluten, suosque in universum amicos in mortem traducit. Mendax similis est inimico, qui speciem amici referens, quod jus novit, illius vocem pervertit. Fallax similis est mari rapaci, quod naviculas suas repit. Malus similis est

ܩܕܡܝܐ ܕܦܘܠܘܣ ܚܙܝ ܗܕܐ ܕܡܫܘܚܬܐ ܕܥܒܪܐ ܦܬܝܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܡܢܗܘܢ ܙܘܓܐ
ܠܥܒܪܐ ܕܦܠܚܝܢ ܗܠܝܢ ܚܝܪܐ ܘܦܠܚܝܢ ܐܝܟܢܐ ܘܡܕܪܐ ܡܢܣܒܐ ܙܘܓܐ ܠܟܠܒܢܐ
ܕܗܟܢܐ ܕܢܩܘܫܐ ܕܡܠܐ ܒܫܡܠܝܘܬܗ ܡܢܣܒܐ ܢܩܘܫ ܦܫܛܐ ܙܘܓܐ ܠܟܠܢܫܐ
ܕܡܡܠܠܘܗܝ ܘܦܬܓܡܐ ܠܐܢܝܢ ܗܠܝܢ ܙܘܓܐ ܠܢܚܬܐ ܐܘ ܠܬܘܬܒܐ ܦܬܐ ܠܐ
ܠܠܫܢ ܬܠܬܐ ܡܬܚܫܒܢ ܕܥܒܘܪܐ ܙܘܓܐ ܠܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܕܩܘܡܐ ܠܫܘܡܐ
ܘܡܕܪܐ ܠܦܬܪܐ ܠܐܦܬܚ ܘܠܐܢܫܝܢ ܡܢܗܘܢ ܙܘܓܐ ܠܝܘܢܝܐ ܡܢܣܒܐ ܕܡܫܘܚܬܐ ܘܩܛܠܐ
ܠܡܠܟܘܬܐ ܦܬܘܪܐ ܙܘܓܐ ܠܟܠܟܠܢ ܕܢܦܠܐ ܒܝܘܡܐ ܘܦܬܓܡܐ ܐܚܪܢܐ ܙܘܓܐ ܠܡܘܙܐ.
ܕܢܦܩܐ ܕܐܡܪܐ ܙܪܥܘܗܝ ܡܬܚܫܚܐ ܕܠܐܡܬܚܫܚܢ ܐܝܟ ܟܠܬܐ ܕܠܐܬܟܠܬܐ ܡܬܚܫܚܐ
ܕܠܐܬܟܬܒܐ ܐܝܟ ܡܕܝܢܬܐ ܕܠܐܟܠܒܫܬܐ ܡܬܚܫܚܐ ܕܠܐܡܬܚܫܚ ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܕܠܐܗܡܝܠܐ
ܡܬܚܫܚܐ ܕܠܐܗܠܟ ܐܝܟ ܗܘܫܐ ܕܠܐܗܘܝܐ ܡܬܚܫܚܐ ܕܠܐܚܫܒܬ ܐܝܟ ܦܬܓܡܬܐ
ܕܠܐܚܫܒܐ ܡܬܚܫܚܐ ܕܠܐܡܬܦܢܐ ܐܝܟ ܝܘܡܐ ܕܠܐܦܬܟܬܐ ܡܬܚܫܚܐ ܕܠܐܦܬܓܡܬ
ܐܝܟ ܦܠܘܪܐ ܕܠܐܦܪܘܟܠ ܡܬܚܫܚܐ ܕܠܐܬܢܝܐ ܐܝܟ ܟܠܬܐ ܕܠܐܕܝܢܐ ܡܬܚܫܚܐ
ܕܠܐܬܥܘ ܐܝܟ ܦܣܝܪܐ ܕܠܐܣܘܥܪܐ ܡܬܚܫܚܐ ܕܠܐܦܪܘܫܘܬ ܐܝܟ ܐܘܪܚܐ
ܕܠܐܡܦܠܚܢܐ ܡܬܚܫܚܐ ܕܠܐܡܘܬ ܐܝܟ ܗܡܝܢܘܬܐ ܕܠܐܦܠܚܢܐ ܡܬܚܫܚܐ ܗܟܝܠ
ܡܠܝܢ ܦܠܚܘ ܦܠܚܝܢ ܘܦܠܚܝܢܢ ܡܠܝܐ ܘܦܠܚܝܢ ܐܝܟܢܐ ܡܦܠܚܢܘܬܗ ܗܦܘܟ
ܗܠܝܢ ܗܟܝܠ ܡܠܝܢ ܦܠܚܘ ܙܘܪܚܐ ܘܦܠܚܝܢܢ ܡܢܣܒܐ ܗܟܝܠ ܦܠܚܝܢ
ܡܢܐܪܐܠ ܦܠܚܝܢ ܘܡܠܬܐ ܕܢܚܬܐ ܕܦܬܓܡܬܗ ܡܦܠܚܢܘܬ ܡܬܚܫܚܐ ܗܟܝܠ
ܡܠܝܢ ܡܬܟܬܒܢ ܡܠܬܝ ܦܬܓܡܐ ܗܘܐ ܒܡܠܠܬܗܘܢ ܦܬܓܡܬܐ ܗܠܝܢ ܗܟܝܠ
ܡܠܝܢ ܡܬܟܬܒܢ ܡܬܕܪܝܢ ܦܬܓܡܐ ܗܘܐ ܒܡܠܠܬܗܘܢ ܒܡܫܡܫܘܬܐ
ܡܬܚܫܚܐ ܗܟܝܠ ܡܦܠܚܢܘܬ ܡܬܘܬܗ ܬܪܝܢ ܒܡܠܠܬܗܘܢ ܦܬܓܡܢܐ
ܕܒܬܪ ܘܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܡܬܚܫܚܐ ܕܘܪܐ ܬܪܝ ܘܫܠܘܪܐ ܦܬܓܡܬܗ.

amaræ arbori, quæ fructus pharmaci mortiferi, non vero fructus bonos, profert. Peccans similis est puteo, aqua putida scatenti, felle & amaritudine scatenti. Turbator similis est lateri argillaceo, quo agitato in aqua, turbida hæc remanet. Durus similis est calculo, inter viriditates herbescentes non virescenti. Stultus similis est fluctui, qui subter te desidens, superque te cadens, te fallit. Fastuosus similis est populo illustri, quæ comâ eminens, domino fructus non profert & reddit. Contumax similis sarragini incensæ, indulgentia & benevolentia carens. Acerbus refert aloëm, quæ in dulcem panem placentamque cadit. Superbus similis est igni ardenti, quem ventus ventilat. Sapiens incompositus ut domus sine umbra. Sapiens sine ordine ut hera sine veste. Sapiens non summissus ut lucerna non polita. Sapiens sine moderatione ut equus sine ephippio. Sapiens non jucundus ut cibus sine sapore. Sapiens non quietus, ut turma sine rege. Sapiens imperfectus ut mensa non ornata. Sapiens non rectus ut domus non apparata. Sapiens ineptus ut vas coctile sine ore. Sapiens, nihil memoriæ prodens, ut terra nihil reddens. Sapiens non cautus ut navicula sine classiariis. Sapientis in quantum vox summissa, illius sermo perspicuus est, ut etiam, quam dicit, salus antevertit; stulti vero in quantum vox elata, illius sermo turbatus est, & ambulans ille arroganter ambulat, pacemque apice sui digiti reddit. Sapientis in quantum sermo compositus, quævis honesta facta sociat; stulti vero in quantum sermo mendax, quævis opera mala sociat. Sapiens in quantum suo colloquio integer, in omnibus epulis, quas instruit, rectus est, asperæque conditionis compertum quemvis ille sapiens

ܚܡܫܬܗܘܢ ܡܬܚܫܒܢܐ ܫܢܬܐ ܕܝܢ ܡܠܝܐ ܒܫܡܫܐ ܢܫܒ ܗܘܫܒܢܐ
ܕܫܢܬܐ ܘܒܐܕܪܗ ܡܬܚܫܒ ܝܘܡܐ ܘܫܥ̈ܬܐ ܕܢܚܡܬܐ ܕܝܢ ܐܝܠܟܝܢ ܕܝܠܗ
ܡܕܝܢ ܕܝܠܗ ܢܝܣܢ ܡܢ ܢܒܥܘ ܘܡܬܦܢܝܢ ܒܫܘܠܡܐ ܘܡܬܚܫܒܐ ܡܢܘܢ ܡܠܟܝܢ
ܫܢܬܐ ܕܝܢ ܐܝܠܟܝܢ ܕܝܠܗ ܡܕܝܢ ܡܬܡܠܝܐ ܝܘܡܐ ܘܫܥܬܐ ܘܡܢܘܢ
ܘܪܘܚܗ ܠܚܘܫܒܢܐ ܡܬܚܫܒܐ ܕܢܚܡܬܐ ܐܦܩܛܐ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܕܝܠܗ ܘܠܗ
ܕܝܠܗ ܐܝܬ ܫܢܬܐ ܫܘܚܠܦܐ ܒܝܘܡܐ ܘܝܘܡܝܢ ܐܘ ܡܬܡܠܠܐ ܡܢ ܕܢܚܡܬܐ
ܗܘܐ ܐܘܕܝܬ ܕܡܬܚܪܐ ܗܢܐ ܕܐܝܬܝܗ ܐܘ ܫܒܥܬܗ ܒܫܢܬܐ ܡܬܚܫܒܐ
ܡܢ ܢܝܣܢ ܡܢܝܢܐ ܕܢܚܡܬܐ ܠܫܢܬܐ ܐܝܟ ܢܝܣܢ ܕܡܬܚܫܒ ܠܐܦܩܛܐ
ܡܢܝܢܐ ܕܢܚܡܬܐ ܠܫܢܬܐ ܐܝܟ ܬܘܪܐ ܠܚܡܫܐ ܡܢܝܢܐ ܕܢܚܡܬܐ ܠܫܢܬܐ ܐܝܟ
ܒܢܝܐ ܡܫܒܚܢܐ ܫܒܚܘ ܫܡܝܐ ܢܘܗܪܗܘܢ ܠܫܡܥ ܐܬܪܐ ܢܘܗܪܐ ܒܢܝܐ
ܢܘܗܪܐ ܐܢܫ ܐܝܬ ܢܚܬ ܒܗ ܫܡܝܐ ܢܗܪ ܒܗ ܐܝܟ ܫܒܚ ܫܡܝܐ
ܢܘܗܪܐ ܕܐܦܪܐ ܒܗ ܐܪܥܐ ܕܢܗܘܪܐ ܒܗ ܫܡܝܢܘܬܐ ܕܒܫܡܝܐ
ܫܒܝܚܘܬܐ ܠܟܢܘܫܐ ܠܟܢܫܐ ܠܫܡܝܐ ܫܒܚܝܢ ܐܝܟܢ ܒܪܝܟ

abscondidere. Nobis ii non visi. Jam vero splendore suo multo suaque luce grandi illustres illi, & surgentes in splendore ac nitore multo & grandi nobis apparuerunt. Fratres sunt: quibus occidio, ignis intentatus fuit. Quarum vero rerum nulla ad eos pertigit. Illi etiam nunc illustres dispositi, sibique constantes. Sic itaque Septem Stellares dixerunt: Viris illis altissimis propter eorum virtutem non prævaluimus; quia nobis excellunt. Jam eis diluvia aquæ immiserunt. Diluvia vero aquæ ad eos non pertigerunt. Dixerunt deinde Septem Stellares: occidione & incendio eos tollamus. Quos vero tollere in sua potestate non fuit. Vita in suo habitaculo permanet. Vita omnibus rebus pura. Puri Aebel, Schetel & Anusch: purus populus Nasaræorum discipulorum, & Mandaitarum, qui nomen signumque illius Vitæ confirmarunt, & qui nomine Vitæ Primæ signati, item verbum Genii Javar Zivo confirmarunt. Vita purificans. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Beatæ memoriæ est nomen Adami Zuhrun bar Scharat, patris mei Jahia Baktiar bar Anhar, matris meæ Scharat fat Anhar, uxoris meæ Mudalal fat Scharat, uxoris meæ alterius Samro fat Scharat, fratrum meorum Mehatam bar Scharat, Ram bar Anhar, & Adam Juhano bar Anhar Jasmin, atque filiorum meorum, Adam, Behram, Semat, Adam Zuhrun, Sam & Bajan, filiorum Mudalal: quibus remissio peccatorum apud Genios Magnates, filios lucis, erit. Sum Anusch D. bar Schetel D. bar Adam D., ex stirpe regia & magnificentissima incola loci splendidi, omnique cognitione præcellens. Pes meus quorsum me duxit, tulit? In loco multi

ܐܝܟ ܕܢܦܫܗ ܦܓܪܢܝܐ ܘܡܬܚܫܒܢܝܐ ܘܡܫܬܡܫܢܝܐ ܢܘܡܝܐ ܠܐ ܟܠܡܕܡ
ܗ̇ܘܝܢ ܠܐ ܫܡܝܐ ܘܠܐ ܐܪܥܐ ܘܠܐ ܦܝܠܣ ܘܟܠܗܝܢ ܘܠܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܐܘܟܠܐ
ܘܡܕܝܢܬܐ ܕܢܦܫܢ ܘܠܐ ܒܗܘܢܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܗ ܘܠܐ ܢܡܘܣܐ ܕܡܫܡܫܢ ܒܝܬܗ
ܘܒܢܝܫܐ ܕܠܒܘ ܡܫܡܫܢ ܘܡܫܬܡܠܝܢܐ ܕܠܒܘ ܢܗܘܝܢ ܘܒܣܝܡܘܬܐ ܟܠܢܫ
ܘܐܪܙܐ ܕܟܠܢܫ ܘܡܫܬܟܚܢܐ ܗ̇ܘܝܢ ܚܕܐ ܒܡܘܬܐ ܗܘܐ ܕܗܘܐ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܘܡܠܐܟܐ ܟܠ ܗܘ ܡܠܐܟܐ ܡܢܝܢܗܘܢ ܬܪܥܣܪ ܡܠܐܟܐ ܒܗܦܟܐ ܕܢܦܫܐ
ܬܫܡܫܬܗ ܬܬܪܐ ܗܘܐ ܕܗܘܐ ܘܡܬܡܫܢ ܘܡܫܬܡܠܝܢܗ ܠܐ ܟܕܐ ܕܢܦܫܐ
ܕܟܠܗ ܕܢܝܫܘܗ ܒܚܘܫܐ ܠܟܠܗܝܢ ܗܘܡܢܐ ܘܐܪܥܐ ܬܠܬܝܢ ܢܬܡܠܐ ܟܠܢܫ
ܘܐܪܙܐ ܕܟܠܢܫ ܘܡܫܬܟܚܢܐ ܢܘܡܝܐ ܚܕܐ ܟܕܐ ܚܕܐ ܕܒܗ ܒܗܘܢܐ
ܘܡܫܡܫܢ ܐܝܟܐ ܐܟܣܢܝܐ ܐܟܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܘܐܪܥܐ ܪܘܚܐ ܠܗܘܢܟܠܗ
ܘܒܟܠܗ ܚܕܐ ܐܝܟܐ ܡܢ ܚܝܠ ܚܝܐ ܘܡܢ ܟܠܗܝܢ ܐܝܟܐ ܠܐ ܢܦܫ ܐܪܟܢܝܢ
ܘܬܢܝܢ ܒܦܘܪܫܢܗ ܘܐܦܠܐ ܒܪܝܫ ܡܢܝܢܗ ܠܐ ܐܘܠܐ ܐܝܟܐ ܐܝܟܐ ܬܬܬ ܗܘܘܢܗ ܐܫܬܘܕܥܘܬܐ
ܟܠܢܫ ܟܠ ܗܘܐ ܕܐܟܣܢܝܐ ܘܡܫܬܡܫܢܐ ܘܢܦܫܢܐ ܠܗܘܢܪܘܬܗ ܐܘܠܝܢ
ܗܘ ܚܕܐ ܡܠܐܟܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܗܘܢܪܘܬܗ ܘܟܠܗ ܒܚܘܪܗ ܢܦܫܢܐ ܘܡܫܬܡܫܝܢ
ܘܡܫܬܡܫܢܐ ܠܗܘܢܪܘܬܗ ܘܐܦܠܐ ܬܠܬܐ ܐܝܟܐ ܚܕܐ ܒܗ ܩܝܡܐ ܚܕܐ ܒܗ ܐܪܙܐ
ܚܕܐ ܡܠܟܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ܕܒܗ ܕܐܡܪܐ ܒܗ ܬܠܬܐ ܕܗܘܘܢ ܒܗ ܡܫܝܚܐ ܕܒܗܠܗ ܡܫܒܚܬܐ
ܬܠܬܐ ܐܠܗܐ ܠܟܠܢܫ ܚܕܐ ܚܕܐ ܘܒܝܬܐ ܡܠܐܟܐ ܒܗܘܢܐ ܚܕܐ ܕܡܫܒܚܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ
ܘܬܠܬܐ ܐܠܗܐ ܟܠ ܫܡܫܐ ܗܘܐ ܕܒܪܗ ܒܢܝܐ ܐܢܫܐ ܫܡܫܐ ܘܐܠܗܘܬܐ ܫܡܫܐ
ܬܫܒܘܚܬܐ ܒܪܘܚܐ ܬܫܡܫ ܡܢܗ ܐܟܠܘܪ ܚܢܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܒܢܐ ܫܡܫܐ ܘܐܪܥܐ ܬܠܬܐ
ܐܠܗܐ ܟܠ ܒܡܟܢܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܬܘܒ ܡܠܐܟܐ ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܡܫܒܚܝܢ
ܟܠ ܡܫܬܡܫܢܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܘܐܪܥܐ ܡܫܒܚܝܢ ܟܠ ܫܡܫܐ ܡܠܐ ܫܡܫܐ

splendoris sedeo, cogitans, dicens, intuens & videns mundum hunc, cœlum, terram, solem, lunam, stellas se elevantes & inclinantes, & perennes, lucem, in qua manent, virtutem, in qua manent, æque ac cujus virtute manent, cujusque luce lucent. Demittens meos oculos, sublatis vero superciliis, contemplor duos, unum Kanuno, dominum splendoris, directum & edoctum ope Angelorum, & quidem duodecim Angelorum, qui in monte tenebroso eum ducunt, alterum hoc inferiorem Taturo, dominum splendoris, quem illi evectum in portam Jasono, locum conditori cœli & terræ constitutum, introducunt. Demittens oculos, sublatis vero superciliis, contemplor & video portam magnam τȣ Bun Ftio, stantesque splendores mille mille ad ejus dextram, eorumque myriades myriades ad ejus sinistram, unumque splendorem e domo Vitæ egressum; cui quadraginta & duo ex illis splendoribus se comites præbuerunt. Quo autem splendore viso, statura mea tremuit: & meis pedibus titubantibus, poplitibusque non firmis, coram eo prostratus cecidi. Surgens tum unus Angelus splendoris, meque dextra extensa prehendens, erigens, & coram se constituens, mihi dixit: veni, Anusch D. bar Schetel D. bar Adam D., ex stirpe regia & magnificentissima, incola loci splendidi, omnique cognitione præcellens. Veni, patefaciam tibi heic Vitam summam, item Mendaces, in monte magno vastæ solitudinis duces. Veni, patefaciam tibi hoc cœlum, quod cœlum filii hominis vocant, cœlum vero non exstitit, verum caligo est, quam Abatur virtute & nomine illius, qui cœlum & terram condidit, sedem sibi elegit. Veni, patefaciam tibi stellas, in eo lucentes, duodecim Angelos, cœli orienti terræque imperantes, orco ac tenebris

ܬܘܒ ܕܗ̇ܘܐ ܐܘܣܒܝܘܣ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܘܣܒܝܘܣ ܘܐܦ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܥܠ ܐܪܥܐ
ܗ̇ܘܐ ܕܝܘܣܦ ܒܢ̈ܝܐ ܐܢܫܐ ܘܠܐܬܘܪ ܐܪܥܐ ܗ̇ܝܕܝܢ ܗ̇ܕܐ ܕܗ̇ܘܘ ܕܢܣܒ *)
ܡ̈ܠܟܐ ܗܠܝܢ ܕܐܘܚܕܢܐ ܗܘܐ ܒܥܕܢܐ ܘܒܢܝܢܐ ܒܢܝܢܐ ܩܕܡܝܬܐ ܩܪܝܬܐ ܘܩܘܪܝܐ
ܕܫ̈ܢܐ ܘܬܪܬܝܢ ܠܡܠ̈ܟܐ ܐܢܫܐ ܡܫ̈ܡܫܐ ܘܗ̇ܘܐ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܠܡܠܟܘܬܐ ܗ̇ܘܝܘ
ܕܪܗܘܡܝܐ ܒܢܘܗܝ ܐܝܟ ܕܢܣܒܘܗ̇ ܘܐܦ ܕܣܘܣܝܘܣ ܕܝܗܒ ܗ̇ܘ ܢܗܘܪܐ
ܓ̈ܒܐ ܕܚܕܐ ܡܠܘܐ ܠܦܪܣܐ ܘܒܬܪܗ ܡܠܟܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܘܦܝܠܝܦܘܣ ܠܟܠܗܝܢ
ܗܠܝܢ ܕܡܠܟܘ ܗܘܐ ܕܝܠܗ ܠܡܩܕܘܢܝܐ ܘܐܝܟܢܐ ܕܗ̇ܘܐ ܕܒܐܕܝܐ ܘܐܪܝܘܣ
ܠܐܪܥܐ ܡܠܟܐ ܘܡܩܕܘܢܝܐ ܒܢܝܢܐ ܕܗܘܐ ܠܐܬܘܪܝܐ ܠܐܬܘܪܐ ܗܘܐ
ܕܐܬܐ ܘܡܩܕܘܢܝܐ ܘܡܩܕܘܢܝܐ ܠܐ ܟܠܗ ܗܘܐ ܕܡ̈ܠܟܐ ܕܗܘܐ
ܠܐܪܥܐ ܒܡܠܟܐ ܠܟܠܗܝܢ ܡܕܝܢܬܐ ܘܐܪܥܐ ܘܗ̇ܘܐ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܥܠ
ܡܠܟܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܕܟܠܟܠܐ ܐܢܫܐ ܕܡܠܐ ܕܗ̇ܘܐ ܓ̈ܒܐ ܕܚܕܐ ܡܠܘܐ ܠܦܪܣܐ
ܒܬܪܗ ܡܠܟܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܘܦܝܠܝܦܘܣ ܠܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܕܡܠܟܘ ܕܐܬܐ
ܠܐܬܘܪܝܐ ܘܐܝܟܢܐ ܕܗ̇ܘܐ ܕܒܐܕܝܐ ܘܐܪܝܘܣ ܠܐܪܥܐ ܡܠܟܐ
ܘܡܩܕܘܢܝܐ ܒܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ ܘܡܩܕܘܢܝܐ ܠܡܠܟܐ ܗܘܐ ܕܡ̈ܠܟܐ
ܠܡ̈ܠܟܐ ܡܕܝܢܬܐ ܘܐܪܥܐ ܘܗ̇ܘܐ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܣܦܪܐ ܕܝܠܗ
ܕܗ̇ܘܐ ܦܝܠܝܦܘܣ ܐܒܘܗܝ ܟܕ ܡܠܟ ܡܠܟܘܬܗ ܡܩܕܘܢܝܐ ܡܢ ܡܠܟܐ
ܗ̇ܘܝܘ ܠܐܪܥܐ ܕܐܬܘܪ ܘܦܪܣܝܐ ܘܡܕܝ̈ܝܐ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ ܘܡܢ ܚܕܐ
ܕܐܬܐ ܘܡܢ ܡܠܟܘܬܗ ܠܡܩܕܘܢܝܐ ܠܟܠܗܝܢ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܗܘܐ
ܠܟܘܢ ܠܟܠܗܝܢ ܠܟܠܗܝܢ ܗܘܐ ܥܠ ܗܘܐ ܡܠܟܘܬ ܐܝܟܢܐ ܕܗܘܐ
ܘܦܪܣܝܐ ܦܝܠܝܦܘܣ ܘܡܩܕܘܢܝܐ ܘܗܢܘܢ ܬܘܒ ܦܠܝܓܝܢ ܗܠܝܢ ܠܐܬܘܪܝܐ
ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܟܠܗ̇ ܗܘ *

*) Corrupte ܢܣܒ pro ܢܣܒܘܢ *

imperantes, & quales heic tales ibi affectos. Veni, patefaciam tibi terram hanc, quam filii hominis ita vocarunt, terra vero non exstitit, sed aqua hæc caliginis est, quæ largitur mare magnum, de anno in annum, de mense in mensem exundando stillans, exsudando fluens, atque filiis hominis iter parans. Veni, patefaciam tibi vicissitudinem, quæ auroram colorat, qua alii læti, alii tristes, quæ principium est lucis, vir purus, juvenis negotiator, accinctus, munitus & armatus, tempori præpositus, dominus strigarum lucis, dominus, cui spendor aptatus, radiique lucis commissi sunt, quem duodecim Angeli per montem caliginis infra Taturo trahentes, ad dominum splendoris educunt, & ad portam domini Jasono, thronum cœli terræque conditori constitutum, introducunt. Veni, patefaciam tibi vicissitudinem, quæ noctem colorat, quæ principium est aquæ puræ, vir juvenis negotiator, accinctus, munitus & armatus, tempori præfectus, dominus strigarum lucis, dominus, cui splendor aptatus, & cui radii lucis commissi sunt, quem duodecim Angeli tractum per montem caliginis in portam domini Jasono, conditoris cœli terræque, introducunt. Veni, patefaciam tibi fratres meos, beneficentia electos, qui heic in terra sunt, qui vero, finita ætatis suæ mensurâ, ex hoc mundo illuc ibunt, sapientes futuri, & ex precatione, thesauro Vitæ ac supplicatione robur suæ gloriæ paraturi. Atque splendorem hi induturi, luce se velaturi, & loco vestis luce super lucem se vestituri, per festivos risus, lusus, clamores, voluptati indulgebunt. Nos vero dicemus: constans & recta Vita in sua sede, Vita rebus omnibus pura. Finis.

ܒܡܘܫܚܬܗܘܢ ܕܫܡܝܐ ܐܝܟ ܡܕܪܘܢ ܕܚܘܪܐ ܥܕܡܐ܀ ܐ. ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܒܟܘܟܒܐ ܕܚܘܪܐ ܕܡܫܬܟܚܝܢ ܠܟܠܗ ܐܪܥܐ܀ ܒ. ܒܝܬ ܚܝܐ ܐܢܘܢ ܐܦܝܐ ܕܡܫܡܫܬܐ ܒܪܘܚܐ ܒܡܠܟܘܬܗ ܡܫܒܚܬܐ܀ ܓ. ܓܒܪܐ ܐܢܘܢ ܓܒܪܝܐ ܒܡܪܐ ܕܚܝܠܬܐ ܠܗܠܘܬܗ܀ ܕ. ܕܝܢܐ ܐܢܘܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܡܚܝܠܐ ܕܫܘܠܛܢ ܠܐܪܥܐ ܒܝܘܡܐ܀ ܗ. ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܕܡܢ ܠܥܠܡ ܕܐܫܬܘܬܦ ܡܢܗ ܡܠܟܘܬ ܒܚܡܫ܀ ܘ. ܘܡܠܗ ܠܟܠܗ ܠܐ ܢܦܠܘܢ ܡܢܗ ܘܡܢܥܠܗ ܒܪܝܐ ܘܚܘܬ ܐܦܝ܀ ܙ. ܙܝܘܐ ܐܢܘܢ ܕܡܠܐܟܐ ܚܙܝܐ ܕܡܬܓܠܝܢ ܠܡܫܘܚܬܗ܀ ܚ. ܚܫܝܟܐ ܡܫܝܚܐ ܡܫܡܫܝܢ (* ܙܡܫܡܫܘܬܐ ܡܬܒܠܥܝܢ ܠܟܘܟܒܝܗܘܢ ܛܒܝܐ ܡܫܟܚܝܢ܀ ܛ. ܛܒܐ ܠܟܠܗ ܕܢܦܠܘܢ ܡܢܗ ܘܡܫܬܢܝܢ ܒܪ̈ܚܡܘܗܝ ܡܢ ܐܠܗܐ܀ ܝ. ܝܘܬܐ ܐܢܘܢ ܕܡܢܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܠܡܫܡܫܘ܀ ܟ. ܟܠܗܘܢ ܐܢܘܢ ܕܐܬܪܘܬܐ ܕܬܘܬܒ ܒܪܘܚܗܘܢ ܕܡܫܝܚܐ܀ ܠ. ܠܟܠܐ ܐܢܘܢ ܕܡܫܡܫܝܢ ܕܟܠܐ ܡܢܟ ܠܚܝܐ ܡܫܡܫܢܝܗܘܢ܀ ܡ. ܡܠܐ ܐܢܘܢ ܡܫܡܫܐ ܕܫܡܝܐ ܟܬܝܒܝܢ ܘܡܫܝܚܝܢ܀ ܢ. ܢܗܘܪܐ ܐܢܘܢ ܕܡܫܪܐ ܕܐܫܬܘܬܦ ܐܫܬܟܚܘ ܠܟܠܟܘܢ܀ ܣ. ܣܦܪܐ ܐܢܘܢ ܕܡܫܢܐ ܕܐܝܟ ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܐܝܬܝܟܐ ܡܫܬܟܚܝܢ܀ ܥ. ܥܡܐ ܐܢܘܢ ܕܡܫܝܚܐ ܐܪܡܐ ܕܟܠܐ ܡܬܠ ܠܟܠܝ ܦܬܓܡܐ܀ ܦ. ܦܠܛܐ ܐܢܘܢ ܦܬܓܡܐ ܕܡܫܪܝܐ ܕܡܠܘܬܐ ܠܡܫܡܫܘ܀ ܨ. ܨܒܝܢܐ ܐܢܘܢ ܩܪܝܒܘܬܐ ܬܘܕܝܬܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܡܫܝܚܐ ܡܘܬܐ܀ ܩ. ܩܠܐ ܐܢܘܢ ܩܪܝܒܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܡܢ ܒܠܒܝܗܘܢ ܡܢܘܬܗ܀ ܪ. ܪܚܡܝܢ ܐܢܘܢ ܫܒܝܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܩܕܝܫܘܬܗ ܠܐ ܒܬܪ܀ ܫ. ܫܡܫܐ ܡܢܗܘܢ ܡܫܝܚܝܢ ܘܡܫܡܫܝܢ ܩܕܝܫܐ ܘܐܬܟܠܝܘܢ܀

*) Lege ܡܫܡܫܘܬܐ

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara (א) Quæ venit in optima veritate lux, ad ipsam amantis domicilium ea procedit. (ב) Electus es, juste, qui justitia omnem tuam familiam firmas. (ג) Perfectus es, integer, electus, cui mors non inest. (ד) Via es pacificorum, semita, quæ in locum lucis ducit. (ה) Vita es æterna, quæ iter ingressa in corde justo hospitaris. (ו) Væ cuicumque, qui tibi, mi Domine, non dicto audiens fuerit, & cui in sua semita quæstui sunt hospitia, cantilenis lascivis personantia. (ז) Armatura es pacificorum, veritas, cui error non inest. (ח) Prudens & svavis es, sapientia, docens gratiarum actionem omnes, qui tuum nomen amant. (ט) Beatus, quisquis tibi auscultaverit, mi Domine, & in viis te secutus fuerit. (י) Dies es gaudii, cui luctus & planctus non insunt. (כ) Corona es innocentiæ, quam capiti illuminatorum imposuisti. (ל) Lingua es celebrationis, indies Vitam celebrans. (מ) Aeon es primarius, quem Vita condidit, & intelligentem reddidit. (נ) Lux es excellentium, qui abiisti, venisti in mundum. (ס) Medicamen es, quod omnium tuum nomen amantium dolores sanat. (ע) Oculus es spectatorum beneficentia, qui indies Vitam spectat. (פ) Fructus es grati saporis, cui mors non inest. (צ) Claritudo es primaria, planta e domo Vitæ nata. (ק) Vox es primaria, quam Vita ex sua natura provocavit. (ר) Dominus es thesaurariorum, quem Vita rei suæ præposuit. (ש) Audierunt te mortui, & revixerunt, audierunt te infirmi, & convaluerunt.

ܙ. ܒܬܪܗ ܠܐ ܚܣܝܪܐ ܘܡܫܬܟܚܢܐ ܕܢܦܩܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ
ܐܝܟ ܘܐܝܟܐ ܡܫܟܚܐ ܕܐܬܚܙܝܬ ܠܟܠܐ ܀

ܐ. ܐܡܪ ܠܒܪܝܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܟܠܗܘܢ ܡܢ ܚܣܝܪܐ ܚܣܝܢ ܀ ܒ.
ܚܣܝܪܐ ܐܝܬ ܐܠܗܘܬܐ ܒܥܠܡܐ ܕܚܝܐ ܕܬܬܒܥܐ ܀ ܡܢ. ܟܕܘܢܐ ܐܘ ܢܗܝܪܐ ܕܠܐ ܢܦܩܢܐ
ܗܘܐ ܫܘܢܝܐ ܘܦܘܪܫ ܠܟܠܗ ܡܣܬܪܩ ܚܢܢ ܘܡܬܚܙܐ ܥܘܠܐ ܠܗ ܒܐܢܫܐ
ܐܢܫܐ ܀ ܓ. ܕܡܛܠ ܐܝܟ ܗܘܐ ܕܡܣܬܪܩ ܚܢܢ ܐܟܚܕܐ ܗܘ ܀ ܗ. ܡܫܡܫܢܐ
ܕܚܘܒܐ ܚܣܝܪܘܬܐ ܘܡܫܬܪܝܐ ܒܟܠܗܘܢ ܒܗܘ ܕܠܐ ܐܬܪܐ ܡܫܬܪܝܬܐ ܕܢܩܝܦ ܠܚܘܪܐ
ܢܡܘܣܐ ܀ ܘ. ܡܛܠ ܐܝܬ ܒܗ ܚܣܝܪܐ ܕܚܣܝܪ ܚܣܝܢ ܚܣܝܪ ܚܣܝܢ ܀ ܙ.
ܐܘܪܚ ܡܢ ܟܕܘܢܐ ܕܚܣܝܪܐ ܕܚܣܝܪ ܚܣܝܢ ܘܡܫܬܪܝܢ ܀ ܚ. ܡܛܠ ܕܚܣܝܪ
ܢܗܝܪܐ ܗܘ ܟܕܘܢܐ ܕܚܣܝܪܐ ܚܣܝܪ ܀ ܛ. ܢܗܝܪܘܬܐ ܠܟܠܗܝܢ ܡܫܟܚܢ
ܡܫܬܪܝܐ ܠܟܠܗܝܢ ܚܣܝܪܐ ܀ ܝ. ܚܣܝܪ ܕܚܣܝܪ ܚܣܝܢ ܚܣܝܪܘܬܐ ܡܢ ܚܣܝܪ
ܚܣܝܪ ܗܘܬ ܀ ܝܐ. ܚܣܝܪ ܚܣܝܪ ܐܝܬ ܕܚܣܝܪ ܚܣܝܪܐ ܕܚܣܝܪ ܠܐ ܚܣܝܪ ܀ ܝܒ.
ܟܠܗܘܢ ܚܣܝܪܐ ܚܣܝܪ ܚܣܝܪܘܗܝ ܚܣܝܪ ܚܣܝܪܝܢ ܀ (* ܝܓ. ܚܣܝܪܝܢ
ܕܚܣܝܪܐ ܚܣܝܪܬܐ ܕܚܣܝܪܐ ܚܣܝܪܝܢ ܀ ܝܕ. ܚܣܝܪܬܐ ܚܣܝܪܘܬܗܘܢ ܘܚܣܝܪ
ܚܣܝܪܘܬܗܘܢ ܐܘܪܚ ܠܟܠܗܘܢ ܀ ܝܗ. ܚܣܝܪ ܐܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܘܚܣܝܪܐ
ܢܚܝܪ ܕܚܣܝܪܘܬܐ ܚܣܝܪܐ ܀ ܝܘ. ܚܣܝܪܬܐ ܚܣܝܪܘܬܗܘܢ ܠܚܣܝܪ ܢܚܝܪ
ܟܠ ܚܣܝܪܘܬܗܘܢ ܢܚܝܪ ܚܣܝܪܘܬܗܘܢ ܀ ܝܙ. ܚܣܝܪܘܬܐ ܠܚܣܝܪܐ
ܟܠܗܘܢ ܕܚܣܝܪܘܬܗܘܢ ܚܣܝܪܘܬܗܘܢ ܀ ܝܚ. ܚܣܝܪܬܐ ܚܣܝܪܘܬܗܘܢ ܕܚܣܝܪܬܐ
ܐܢܫܐ ܚܣܝܪܐ ܕܚܣܝܪܘܬܗܘܢ ܚܣܝܪܬܐ ܀ ܝܛ. ܚܣܝܪܐ ܚܣܝܪܐ ܢܚܝܪܐ

*) Lege, ut infra, ܚܣܝܪܘܬܗ

(ח) Propitium te præbes electis & pacificis, in quorum corde veritas habitat. Vita pura: & purus vir, qui illuc se contulit.

(א) Aër est, qui hospitium mundi ejusque familiam recreat: & cor meum ab electis probatum. (ב) Electus sum: ambulabo in Vitæ odore, qui undique me proteget. (ג) Vir es Novissimus, qui mihi amorem Nasaræorum bonorum excitans, meique coram Vita mentionem faciens, propitius mihi subsidio fuisti. (ד) Nostra causa parens est bonus, coram Vita justus repertus. (ה) Sigillum terræ aperui: in ea rem omnem invisi: Genios in hospitium honestum propensos invisi. (ו) Rosa sum, filius electorum: Vitam vidi: Vita me vidit. (ז) Viaticum meum ex Viro novissimo est: quod Vitæ placuit & placebit. (ח) Prædestinavit filios bonos, qui Vir novissimus, dilectus est. (ט) Felicitas bonis, lætitia justo viro destinata. (י) Juro di Haje, quomodo anima, ex domo Vitæ exstitit. (כ) Auctus mihi splendor Vitæ fuit: lux Vitæ mihi non defuit. (ל) Cor meum Vitæ benedixit: me Vita in númerum suorum referet. (מ) Habui curæ bona, quæ Vita mihi præcepit. (נ) Luxi illius Vitæ luce: suæque lucis participem me reddidit. (ס) Medicamini mihi splendor: lux magna me sustinebit. (ע) Vitæ summæ benignitas omnibus, qui ejus nomen amant, non defuit. (פ) Os meum Vitæ benedixit, quæ me in numerum suorum referet. (צ) Auscultavi Geniorum fratrum meorum voci: meos oculos in eos direxi. (ק) In multo robore steti,

ܐܬܢܝܚ ܐܠܟܣܘܣ ܐܬܠܝ܀ ܙ. ܬܫܡܫܬܗ ܕܪܘܡܝܐ ܕܢܚܐ ܩܠܠܩܣ
ܘܬܪܝܢ ܡܠܦܢܐ܀ ܚ. ܡܪܬܝ ܕܝܫܐ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܦܛܪܘܣ ܕܪܘܡܐ܀
ܛ. ܠܘܩܒܠ ܐܬܐ ܐܠܗܘܗܝ ܡܢ ܩܪܐ ܠܐ ܩܠܐ ܡܢ ܕܒܪܘܡܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܐܬܩܢ ܠܗ ܒܪܝܫܐ ܘܡܠܦܢܐ ܡܪܝܐ ܕܟܠܗܘܢ
ܒܡܫܝܚܐ܀ ܡܢܐ ܐܢܫ ܘܐܝܟ ܕܚܝܐ ܕܐܫܟܚ ܠܗ܀
ܒܡܕܒܪܘܬܐ ܕܡܢܐ ܩܪܐ ܡܪܘܒܐ ܗܘܝܐ ܩܕܡܐ܀ ܝ. ܐܝܟ ܕܩܢܘܡܐ
ܘܐܝܬܘܗܝ ܟܠܒܐ ܢܫܒܐ܀ ܒ. ܒܠܝܒܘܬܐ ܐܝܟ ܘܐܬܟܢܫ ܗܘܐ
ܗܘܐ܀ ܝܐ. ܢܦܫܗ ܠܟܘܡܪܐ ܟܠܒܐ ܗܘ ܕܫܒܩ ܘܒܬܪ܀
ܝܒ. ܬܪܝܢ ܒܢܝܢܘܗܝ ܬܡܢ ܡܠܟܐ ܠܐܒܘܗܝ ܟܠܗ܀ ܗ. ܐܠܗܘܬܗ
ܫܒܬܐ ܠܒܝܬܐ ܕܚܝܐ ܢܦܫ܀ ܘ. ܩܠܝܠܘܢ ܠܟܘܡܪܐ ܟܠܐ
ܒܝܬܐ ܠܒܝܫ ܩܕܝܫܬܐ܀ ܙ. ܐܝܟ ܗܘ ܦܪܘܫܐ ܢܗܘܐ
ܕܫܒܐ ܠܟܠܗ܀ ܚ. ܡܢܐ ܬܪܝܢ ܦܪܘܫܐ ܡܢܐ ܕܡܢ ܠܐܦܪܩܐ
ܗܘܝܢ܀ ܛ. ܫܒܐ ܠܟܠܗ ܕܬܫܒܘܚ ܘܢܦܫܬܐ ܒܪܬܐ ܡܢ ܐܟܠܬܐ܀
ܝ. ܡܢܐ ܗܘ ܬܪܐ ܒܝܬ ܬܫܒܘܚܬܐ ܡܢ ܒܗܠ ܡܢܐ ܬܪܐ ܐܬܬ܀
ܟ. ܒܟܠܗ ܗܘ ܬܒܥܐ ܕܐܬܬܟܠܗ ܠܟܬܒܐ ܒܟܬܒܢܘܬܗ܀ ܠ.
ܟܠܟܘܢ ܠܒܢܝ ܟܝܢܐ ܕܬܟܬܒܘܢ ܡܢܐ ܒܟܬܒܘܬܗ܀ ܡ. ܡܢ
ܡܢܝܢܐ ܕܬܫܒܘܚܬܐ ܩܪܒܝܢ ܘܐܬܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܬܪ ܐܝܬܘܗܝ܀ ܢ. ܢܝܫܘܬܐ
ܐܝܟ ܦܪܘܫܬܐ ܐܬܟܢܫܘܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܐܬܪܐ ܢܫܘ܀ ܣ. ܫܪܐ ܟܘܒܐ
ܬܪܝܢ ܕܟܪܝܐ ܕܒܢܝܐ ܠܐܬܟܢܫ܀ ܥ. ܒܡܫܒܚ ܕܢܬܪܘܬܐ ܕܢܒܝܐ
ܫܒܐ ܠܡܠܟܘܬ܀ ܦ. ܫܪܐ ܗܘ ܟܫܡܫܐ ܝܒܝܫܐ ܕܡܘܬܐ ܠܡܠܟܘܬܗ܀

incessi, ad eos perveni. (ר) Signarunt me sigillo Vitæ Schelmaj, Nedbaj, & Farvanko. (ש) Quæ veritas Vitæ est, hæc contextum in meo capite cornu evasit. (ת) Propitià erit Vita summa cuicumque, qui signo Vitæ notatus fuerit. Beati sunt electi & pacifici, in quorum corde veritas habitat. Vita pura: & purus vir, qui illuc se contulit.

In nomine Vitæ Summæ. Honoranda lux præclara.

(א) Veni ego margarita: cordia obtenebrata illuminavi. (ב) Facto splendore, excitata lux fuit. (ג) Derisi Septem Stellares, ob id quod cogitarunt & fecerunt. (ד) Habitavi in æde Septem Stellarium: ipsis me ignorantibus. (ה) Continget felicitas electis, qui Vitam amaverint. (ו) Væ Septem Stellaribus, qui electis male consulunt. (ז) Splendor lux prima, nec unquam terminanda. (ח) Vita est Prima Vita, eaque æterna. (ט) Beatus, quicumque tibi auscultaverit, tuaque vestigia presserit. (י) Juro dominus, æque ac anima, e domo Vitæ summæ exstitit. (כ) Corona illa pura, quæ Genio Aebel in suo habitaculo imposita. (ל) Cor meum Vitam requirit: Vita in sua sede me requiret. (מ) A quo die Aebel me plantavit, mea anima locum lucis celebravit. (נ) Quæ tua recreatio, ea primaria fuit, quia tui gratia Genii recreati fuere. (ס) Qui portas Duodecim Stellarum invisunt, vias justitiæ non ingrediuntur. (ע) Profundis Nasaræismi intimi terminus deest. (פ) Fructus ille svavis, cui gustus mortis non

ܝ. ܠܠܝ ܦܠܐ ܐܢܫܐ ܕܐܬܪܐ ܦܫܝܛܐ ܒܗܘ ܬܘܠܡܕܐ܀ ܗ. ܦܠܐ
ܕܐܢܫܐ ܪܒܐ ܕܦܠܓܐ ܘܪܘܚ ܡܡܫܝܚܘܬܗ܀ ܪ. ܪܘܡܘܢܐ ܗܘ ܪܒܐ
ܕܐܬܬܣܝܡܘ ܚܝܐ ܡܡܚܣܢܘܬܐ܀ ܗ. ܡܚܘܬܐ ܕܢܫܐ ܦܠܓܐ ܡܡܚܣܢܘܬܐ
ܕܢܫܐ ܦܡܫܠܡ܀ ܛ. ܬܪܝܢ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܢܘܗܪܐ ܕܦܫܐ ܠܡܠܟܘ ܡܢܐ ܐܚܝ܀

ܡܡܦܩܢܘܬܗ ܕܢܫܐ ܪܒܐ܀ ܐ. ܐܪܝܐ ܠܐ ܢܦܩ ܢܦܫܐ
ܦܠܓܐ ܡܢܗ ܕܡܠܟܘܬܐ܀ ܒ. ܒܗܬܐ ܠܢܗܘܪܐ ܦܝܫܐ ܘܐܦ
ܦܢܝܐ ܠܟܝܢܬܐ܀ ܝ. ܝܘܡܐ ܕܩܪܝܬܐ ܢܘܗܪܗ ܠܟܠܗܘܢ
ܕܠܟܢܐ܀ ܕ. ܕܝܢܐ ܠܝܘܡܢܐ ܒܦܫܐ ܕܚܕܐ ܠܡܠܟܘܬܗ܀ ܗ. ܗܕܡܐ
ܘܦܪܝܐ ܬܡܢ ܕܒܢܐ ܐܢܫܐ ܦܬܚܝ ܠܫܡܫ܀ ܘ. ܘܡܠܟܘ ܠܥܡܡܐ
ܒܫܡܐ ܕܡܢܗܝܢܘܢ ܠܢܦܫܬܐ ܒܟܠܡܕܐ܀ ܐ. ܐܝܟܢ ܒܗܠܝܢ ܡܢܝܪܐ ܡܢܝܪܐ
ܕܟܪܒܐ܀ ܣ. ܣܘܓܐ ܡܠܐ ܠܟܠܗܘܢ ܘܡܫܡܠܝܢ ܦܘܡܐ ܘܠܐܢܫܐ܀
ܓ. ܓܒܪܐ ܕܝܗܒܘ ܘܠܐܢܫܝܢ ܠܐܪܥ ܐܢܘܫ܀ ܣ. ܣܘܡܐ ܡܢܘܡܬܐ
ܬܡܢ ܕܦܫܡܗܘܢ ܢܡܘܣܐ ܐܬܘܬܐ܀ ܒ. ܒܡܠܟܗܘܢ ܟܝܢܐ ܠܐܪܥܝܢ
ܒܪܐ ܕܒܟܠܟܠ ܕܗܪܟܘ܀ ܟ. ܟܠܗܘܢ ܐܦܠܝܘܗܝ ܬܡܢ
ܠܥܘܕܪܐ ܠܐܦܠܫܝܢ܀ ܡ. ܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ ܢܦܩܬܐ ܡܫܬܐ܀
ܣ. ܣܢܦܫܘܢ ܦܘܩܕ ܟܠܗܘܢ ܘܐܢܫܘܢ ܠܐܦܠܐ܀ ܦ.
ܦܫܛܐ ܝܗܒܠܐ ܬܡܢ ܗܢܐ ܐܢܫܐ ܠܝܗܒܠܐ܀ ܟ. ܟܘܡܪܐ ܕܦܐ
ܬܡܢ ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܡܫܬܐ܀ ܦ. ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܡܠܟܘܬܗ ܟܪܐ ܡܫܡܠܝܢ
ܠܟܢܘܫܬܐ ܦܫܝܛܐ܀ ܝ. ܝܘܡܐ ܦܪܝܫܘܢ ܕܐܪܐ ܟܝܢܗ

inest. (צ) Vocem Vitæ in loco amplissimo inter consecratos audivi. (ק) Vox splendoris est dominus, sua in sede loquens & concionans. (ר) Sigillum ea maximum, quo Vita in sua sede signata est. (ש) Sermonem Vitæ qui audit, in sede Vitæ habitat. (ת) Porta jucunda lux est: eaque non terminanda. Vita pura.

In nomine Vitæ summæ. (א) Exiit Artel princeps: illius ope consummatio mundi futura. (ב) Domui ruina instat: opesque raptui obnoxiæ. (ג) Contumelia, a creaturis illata, creaturis omnibus proposita est. (ד) Similis es malis vitibus, quæ fructu carent. (ה) Muti & surdi aliquid mali ab hominibus suspicantur. (ו) Væ diei infelici: qui abortivis in mundo servatus. (ז) Qui iniquitatem seminaverint, messem falsam metent. (ח) Quorum cor plenum tenebris est, eorum oculi cæci, nec collustrati sunt. (ט) Quos error deprehenderit, locum lucis ii non videbunt. (י) Indies lamentantur, quorum animus ægerrime affectus est. (כ) Quæ duodecim Stellarum portæ, eæ omnes fovea, quæ illos in æternum custoditos tenebit. (ל) Qui animo contentiosi, in lucem ii non ascendent. (מ) Qui peccantes se dissimulant, animas rapiunt. (נ) Quorum anima infatuata, ii mulieres suas non curant. (ס) Medicina letifera homicidæ. (ע) Aqua profunda sunt bona auxilia. (פ) Quorum os plenum mendacio, eorum oculi quod malum spectant. (צ) Arescunt eorum fructus, qui in medio mundi i. e. publice

ܕܥܠܡܐ * ܗ. ܦܫܛܐ ܠܒܪ ܡܢ ܟܘܫܐ ܡܫܡܫܢܐ ܡܢ ܓܘܫܡܐ *
ܕ. ܐܝܟܢܐ ܡܫܘܕ ܦܪܘܫܐ ܘܡܬܟܢܫܢܐ ܕܡܬܢܫܡܐ * ܗܢ ܡܕܡ ܘܡܕܡܐ
ܡܠܟܐ ܕܡܫܡܐ ܢܦܫܗܘܢ ܒܒܠܡܐ * ܠ. ܠܡܪܐ ܕܡܘܬܐ ܗܘܘ ܕܒܢܘ
ܐܢܫܐ ܠܥܠܡ * ܫܡܫ ܐܡܝܢ *

ܒܡܘܡܬܗܘܢ ܕܫܡܝܐ ܐܦܠ ܠܟܠܗܘܢ ܦܪܝܫܐ ܡܦܪܫܢܐ ܘܐܡܝܢܐ ܠܥܘܠܡ
ܒܡܫܐ ܡܬܕܡܝܢܐ ܢܝܪܐ ܘܡܪܢܝܐ ܐܬܪܐ ܡܢ ܒܒܠܝܐ ܕܡܘܫܐ ܕܒܠܗ
ܦܝܫܐ ܘܢܦܠ ܕܡܝܐ ܒܥܒܪܗܐ ܐܬܪܘܡܝܢܐ ܒܠ ܡܠܟܐ ܕܡܘܬܐ
ܕܡܢܝ ܠܟܠܗܘܢ ܒܠܡܐ ܘܐܬܪܚܒܘ ܒܠ ܒܠܡܐ ܒܝܬܐ ܕܡܘܬܐ
ܕܟܘܠܐ ܠܗܡܠܘܢ ܘܟܠ ܐܬܪܐ ܘܟܠ ܐܪܥܐ ܘܟܠ ܡܫܝܚܐ ܕܫܡܝܐ
ܦܠܓܝ ܘܡܢܝܘܬܐ ܬܘܒ ܐܬܪܟܒܘ ܒܠ ܒܠܡܐ ܕܝܫܘܥ ܘܟܠ ܡܢ
ܕܚܕܘ ܫܡܝܐ ܫܡܝܐ ܘܡܬܪܝܡܐ ܕܡܬܬܘܡܘܢ ܠܐܦܪܐ ܠܒܪ ܡܢ ܒܠܡܐ
ܐܪܥܐ ܕܡܘܬܐ ܠܚܝܠܗ ܠܒܪ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܠܬܐ ܠܬܪܥܐ ܐܝܟܢ ܠܒܪܗܘܢ
ܐܪܥܐ ܕܡܫܘܚܐ ܐܝܟܢ ܚܘܐ ܡܬܚ ܗܝܟܐ ܕܡܘܬܐ ܘܡܢ ܐܢܫܐ ܕܡܘܬܐ ܐܝܟܢܐ ܐܬܐܠܗܘܬܐ
ܕܡܬܪܝܐ ܫܘܒ ܡܢ ܚܝܐ ܒܡܘܠܕܗܘܢ ܦܝܫܐ ܕܝܠܬܐ ܘܐܝܟ ܠܫܡܫܐ ܒܒܢܝܐ
ܒܫܡܐ ܒܫܡܐ ܕܢܦܫܗ ܚܝܠܐ ܢܛܪܐ ܪܘܚܐ ܘܦܪܘܫܘܬܐ ܘܡܫܬܪܝܬܐ ܠܐܦܝܐ ܫܘܝܐ
ܡܠܟܐ ܕܡܘܬܐ ܕܦܠܓ ܘܦܪܝܫ ܦܪܘܫܘܬܐ ܘܡܬܝܪܬܐ ܘܗܘܐ ܕܗܘܬ ܘܗܘܐ
ܕܡܫܘܬܐ ܘܚܠ ܘܦܪܫ ܕܐܬܒܠܗ ܠܚܡܫ ܘܠܐܝܕܐ ܕܢܡܣ ܢܦܫܗ ܐܝܟܢ
ܘܐܦܢ ܕܠܐܢܫ ܢܦܫܗ ܠܚܡܫܐ ܘܡܒܠܒܠܐ ܕܒܠܡܐ ܕܡܢ ܢܦܫܗ
ܢܦܫܐ ܘܒܢܝܘܗ ܒܫܡܐ ܐܠܗܐ ܡܢ ܡܘܬܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܒܠܡܐ
ܘܒܠܡܐ ܕܡܫܘܚܐ ܕܒܫܝܢܐ ܘܫܡܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܦܢ ܕܡܫܡܫ

seminant. (ק) Qui stant extra justitiam, alienum bonum ii usurpant. (ר) Qui pulchritudinem corporum amant, sciant, hæc esse roscida, quæ obscurabuntur. (ש) Requiescendi surgendique vices agunt, quot homines in mundo degunt. (ת) Porta mortis qui homicidæ. Vita pura.

In nomine Vitæ summæ. Pronuntians ego, exponens, & dicens vobis, viri justi, fideles, perspicaces, sagaces, quotquot vestrum a perdito mundo, toto tumultus & erroris pleno, se separaverint, exposui vobis primum de Rege lucis, in secula seculorum collaudando, dixi vobis de creaturis celebratis lucis, non interituris, de Geniis, Jordanis, & Majestatibus, eximiis & illustribus. Dicam vobis ulterius de creaturis caliginis, & de eo, quod eis in voto est. Fœdæ illæ & terribiles: sua formâ infausta. Quæ extra creaturas terræ lucis, eæ in quantum infra & quidem stupendo modo orbem terrestrem versantur. Et quæ terræ caliginosæ forma est, ab ea, quæ est terræ lucis, abest & distat; specie utriusque omni ex parte admodum dissimili. Caligo vi malæ naturæ suæ mala est: cujus anima mugiens, venefica, & vasta, tamen ea, quid primum & postremum sit, nescia. Neque enim nisi Rex lucis, quid primum & postremum sit, quid fuerit & futurum sit, noverit & discreverit. Qui animadvertens discernit, quisquis in malum inciderit, nec tamen vult, ut tali casu is delinquat. Quomodo etiam dixit: ne declines in malum Satanam, & inimicum mundi; qui suo ex animo peccat, quippe quæ sua natura, ea ab æterno & in secula seculorum mala est. Creaturæ caliginis plurimæ &

ܘܡܫܡܫ ܗܘܐ ܕܡܫܚܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܗܘܢ ܣܟܘܡ . ܠܐܠܗܐ ܕܐܬܐ ܕܒܫܠܡܐ
ܡܢܐ ܘܟܠ ܦܘܪܫܢܗܘܢ ܕܗܢܘܢ ܡܕܝܢܬܐ ܗܟܢܐ ܘܫܡܫܘܬܗܘܢ · ܐܠܦܐ ܢܣܒ ܡܢܐ
ܗܝܡܢܐ ܘܦܘܠܚܢܗܘܢ ܡܫܡܫܢܐ ܢܡܘܣܐ ܘܥܠ ܩܢܐ ܗܕܝܐ ܕܝܠܗ ܘܡܥܡܕ
ܡܠܟܐ ܕܫܡܫܐ . ܒܒܝܬܐ ܒܝܬܐ ܕܢܘܚܡܗ ܘܗܘܐ ܘܐܬܪܘܪܒ ܘܐܬܥܠܝܒ ܘܐܚܪܐ
ܘܡܦܩܘܒ ܐܟܠܒ ܡܘܬܒܐ ܕܐܬܒܐ ܘܗܘܒ ܗܘܒ ܩܪܝܬܐ ܘܡܫܝܢܬܐ
ܕܟܗܢܘܬܗܘܢ ܩܕܝܫܐ · ܘܐܬܪܘܪܒ ܘܐܬܟܒ ܡܫܡܫܢܐ ܒܫܡܝܐ ܘܪܝܫܐ ܘܡܫܝܐ
ܘܪܘܚܐ ܡܫܒܚܐ ܡܠܟܘܬܐ ܘܒܝܬܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܘܐܒܗܬܐ ܘܡܠܐܟܐ
ܘܐܠܗܐ ܘܡܠܘܐܐ . ܡܫܡܫܢܐ ܘܡܠܟܐ ܘܡܠܐܟܐ ܡܠܟܐ ܕܒܪܢܫܐ
ܡܠܟܐ ܘܫܡܫܘܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܫܡܫܬܐ ܕܫܡܫܐ ܟܠܗܐ ܟܠܗܐ ܘܐܬܐ ܐܬܐ
ܐܚܪܐ ܘܫܡܫܬܐ ܕܫܡܫܐ ܢܫܡܬܐ . ܐܚܪܢܐ ܐܚܪܢܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܡܕܝܢܐ
ܩܫܝܫܐ ܐܪܥܐ ܐܘܪܚܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܫܡܝܐ ܫܡܝܐ ܢܗܪܐ ܢܗܪܐ ܐܚܪܐ ܘܠܗ
ܩܕܝܫܘܗܝ ܡܢܝܢܐ ܒܪܘܚܐ ܒܪܘܚܐ ܠܒܘܫܐ ܟܠܝܠܐ ܕܪܘܚܐ ܫܒܝܠܐ ܘܫܒܝܠܐ
ܡܝܬܐ ܕܐܬܒܝܬܐ ܩܕܝܫܘܗܝ ܡܢܝܢܐ ܢܡܘܣܐ ܠܒܘܫܐ ܢܡܘܣܐ ܥܠ ܐܪܥܐ
ܐܪܥܐ ܒܟܠ ܐܚܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܘܩܝܡܬܐ ܐܟܠܬܐ ܐܝܟ ܩܕܝܫܘܗܝ
ܡܢܝܢܐ . ܐܦܝܢܐ ܩܕܝܫܐ ܫܒܝܠܐ ܢܡܘܣܐ . ܐܝܟܢܐ ܫܘܠܛܢܐ ܟܠܗܝܢ ܒܢܝܢܐ
ܐܢܫܝܢܐ ܐܢܘܢ ܕܡܠܟܘܬܗܘܢ · ܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܫܡܫܐ ܫܒܝܠܐ ܫܒܝܠܐ
ܘܫܡܫܐ ܐܚܪܐ ܕܐܬܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܐܬܡܫܡܫܢܘܬܐ . ܐܦܝܢܐ ܩܕܡܝ ܕܡܠܟܘܬܗܘܢ ܡܫܡܫܢܐ
ܘܫܪܝܘ ܠܟܠܗܝܢ . ܕܐܦܝܢܐ ܡܦܩܬܐ ܕܡܫܡܫ ܐܢܫܝܢܗܘܢ ܒܝܬܗ ܕܡܠܟ
ܐܬܡܫܡܫܘܢ ܐܝܟ ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܕܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܫ ܟܠܐ ܕܝܫܘܥܐ
ܘܐܝܟ ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܩܕܡܝ ܐܦܝܢܫܒ ܘܐܝܟ ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܕܡܫܡܫܢܘܗܝ

infinitæ. Dico: amplum & profundum domicilium malorum est. Nec suis gentibus fax in suis locis infinitis & habitaculis dissitis præfertur. Quarum cibus terra: quarum vita aqua infernalis: quarum altitudo obscuritas cæcans. Exiit aquâ nigra fictus Rex caliginis: cui pro mala animæ suæ natura caligo inest, qui adolescens invaluit, factusque robustus, millia millia generationum infinitarum, & myriades myriades jurgiorum ac turpitudinum innumerabilium provocans procreavit. Sicut & increvit aucta caligo in Fascinatoribus, Diabolis, Dæmonibus, Spiritibus Deastris, Dæmonissis, Tenebrionibus, Spectris, Parcis, Archontibus, Angelis, Exactoribus, Satellitibus, Tympanistris, Apparitoribus, Cantoribus, Modulatoribus, & Cincinnatis Satanis. Turpes vero omnes figuræ caliginis: eæque genere, specie, & sexu caliginis, masculino, feminino differentes. Et quorum illæ sunt, hi caliginosi, tenebricosi, nigri, fœdi, rebelles, iracundi, superbi, felle pleni, contumaces, stulti, putidi, abominabiles, libidinosi, maleque olentes. Alii eorum muti, surdastri, verba ex abdito & imo trahentes i. e. ventriloqui, balbi, surdi, mussitantes, turbantes, & sine ratione tumultuantes. Alii oppressores, effervescentes, violenti, acuti, iracundi, molles, sangvinolenti, afflatu igniferi, & ad combustionem ignipotentes. Alii surdi, fallaces, mendaces, fraudulenti, rapaces, callidi, arioli, Chaldaizantes, fabri ærarii, architecti cujusvis malitiæ projectæ & torquentis, cædem patrantes, sanguinem sine misericordia & humanitate effundentes, omnis rei turpis artifices, linguarum infinitarum periti, & præterita ut præsentia perspicientes. Alii penitus super ventre suo reptabundi, alii in aqua sergentes, alii se motitantes, alii velut

ܘܐܦ ܩܕܝܫܘܗܝ ܕܠܟܣܝܪܐ ܢܦܫܐ ܐܠܗܝܐ ܟܪܣܗ ܐܝܕܐ ܕܐܡܪ ܘܐܦ
ܩܕܝܫܘܗܝ ܕܢܒܝ̈ܐ ܟܕܒ̈ܐ ܘܫܝܢܐ ܐܠܗ̈ܝܗܘܢ ܒܫܘܒܚܗܘܢ ܘܐܚܘܕܐ
ܕܐܠܗܘܗܝ ܐܝܟܢܐ ܘܟܬܒܐ ܘܡܠܟܘܬܗܘܢ ܕܒܗܝܠ ܘܗܢܐ ܗܘܐ ܩܕܡܝܐ
ܕܫܘܒܚܐ ܗܘܟܢܢܐ ܒܗܘܢ ܕܥܘܠܐ ܕܟܠܐ ܟܠܢܐ ܢܦܫܗ ܕܐܬܐ
ܘܫܘܒܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܦܪܩܢܗ ܕܢܦܫܐ ܦܪܩܢܗ ܕܐܬܐ ܘܐܝܟܢܐ ܘܟܠܗܘܢ
ܕܟܠܗܝܢ ܢܦܫܐ ܘܡܢܗܘܢ ܘܫܡܝܐ ܘܥܠܡܐ ܥܡܠܐ ܘܡܢܗܘܢ ܘܟܝܢܐ
ܘܡܫܝܚܐ ܘܫܘܒܚܐ ܘܩܝܡܐ ܒܗܘܢ ܠܥܠܡܐ ܕܟܠܐ ܡܢܟܘܢ ܠܠ
ܗܟܢܐ ܦܐܝܫ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܡܩܕܫܐ ܘܡܩܕܫܬܐ ܘܩܕܝܫܘܬܐ ܠܐܠܗܐ ܒܥܘܠܡܐ
ܟܠܢܐ ܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܕܗܘܐ ܘܐܝܟܢܐ ܒܫܡܝܐ ܕܡܪܘܡܐ ܘܡܢ ܒܥܠܡܐ ܕܟܠܢܐ
ܓܒܪ ܘܢܦܫܗ ܡܢ ܒܥܠܡܐ ܘܡܫܝܚܐ ܡܢ ܒܥܠܡܐ ܩܕܝܫܐ ܘܐܦܝܫ ܩܕܝܫܘܗܝ
ܘܡܢ ܕܟܠܐ ܟܠܐ ܢܦܫܗ ܩܕܝܫܘܗܝ ܕܐܬܬܘܟܠ ܘܐܢܐ ܒܟܠܗ ܕܗܘܐ ܕܩܝܡ
ܘܡܫܝܚܐ ܟܕ ܟܪܣܗ ܩܕܝܫ ܘܡܫܡܫܢܐ ܒܡܫܡܫܢܐ ܩܕܝܫܘܬܗ ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬ
ܡܫܝܚܐ ܘܩܝܡ ܘܡܫܝܚܐ ܟܕ ܟܠܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܡܢ ܟܠܐ ܡܫܝܚܐ
ܢܦܫܗ ܘܩܕܝܫܐ ܘܩܕܡܝܐ ܡܫܝܚܐ ܘܐܠܗܐ ܕܫܘܒܚܐ ܘܕܐܠܗܐ ܘܡܢ
ܦܪܩܢܐ ܒܥܘܠܡܐ ܕܐܢܐ ܘܦܪܩ ܒܟܠܐ ܘܡܫܝܚܐ ܘܡܫܝܚܝܐ ܘܡܫܝܚܐ ܘܡܫܝܚܐ
ܟܐܦܐ ܘܡܟܝܠ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܡܩܕܫܐ ܘܡܩܕܫܐ ܘܡܩܕܫܢܐ ܕܡܫܝܚܬܐ ܒܫܘܒܚܐ
ܒܩܪܒܬܐ ܕܩܪܝܬܐ ܒܥܘܬܩܬܐ ܐܝܟ ܒܥܠܡܐ ܕܟܠܢܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܫܡܝܐ
ܘܫܘܒܚܐ ܐܝܟܢ ܘܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܗܘܒܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܢ ܘܐܝܟܢ
ܘܐܬܬܠ ܠܐܠܗܐ ܦܪܩܐ ܕܫܒܚܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܦܪܩܐ ܟܝܬ ܥܠ ܟܠܐ ܒܢܦܫܗ
ܩܕܝܫܬܐ ܘܫܘܒܚܐ ܒܢܦܫܗ ܘܫܘܒܚܬܐ ܘܟܬܒܐ ܕܟܠܢܐ

reptilia terræ multipedes, alii acutis spiris dentibusque in ore pollentes. Gustus arborum suarum fel & venenum: earumque viriditas naphta & pix. At Regi caliginis additæ omnes filiorum mundi species: caput leonis, corpus serpentis, ungves aquilæ, dorsum testudinis, manus pedesque lacertæ. Atque incedit ille reptans, serpens, genua flectens, se jactans, procax, impetum faciens, rugiens, ululans, indicia gestu habituque faciens & sibilans. Sic & ille omnium linguarum gnarus est; verum stultus, animo turbatus; omnibus ejus cogitationibus implicatis. Tamen hic utcumque præteritorum & futurorum nescius, intelligit, quid omnes inter creaturas & quidem in finibus sui regni se efferentes, evenerit. Atque idem creaturis omnibus validior, iisque universis amplior, ut & in quavis contentione potentior ac fortior, quamvis pro lubitu se absconderit, ita ut nemo eum videat, nihilo minus ipse quemlibet quasi coram se stantem animo antevertit. Nec aliquis suarum generationum fugerit, quem ille suo verbo non reduxerit: quomodo & Diabolos, ubi placuerit, colligens coram se constituit: &, dum ille pro arbitrio suam staturam extendens, pro arbitrio parvum se reddens, membraque sua, partim masculina partim feminina, reducens, proferens, per omnia sua mysteria fragorem & strepitum voce, vapore halitu, oculis, ore, manu, pede, robore, felle, ira, sermone, terrore, afflictione, agitatione, trepidatione, mugitu edit, omnes creaturæ caliginis commoventur. Illius enim figura fœda, corpus fœtidum, facies detorta, crassities, quam sui oris labia habent, 144000 pasangarum: & sui oris ut corrupto halitu ferrum coquitur, sic vapore volvens fluctus cietur. Ubi suos oculos tollit, montes

ܘܡܦܩܢܘܬܗ ܦܘܫܩܐ ܡܬܪܓܡܢܐ ܢܗܘܐ ܕܢܚܡܗ ܕܐܬܚܙܝ ܒܟܠܗ ܡܠܬܐ
ܕܐܬܢܣܒ ܕܡܫܡܥܐ ܢܒܠܐ ܘܡܫܒ ܣܓܝܐܐ ܠܒܠܒܐ ܕܫܡܥܐ ܕܢܦܫܐ
ܘܢܗܪܐ ܠܥܡܠܗܘܢ ܘܢܩܫܘܢ ܢܩܘܫܬܐ ܘܐܬܪܦܝ ܠܟܠܗ ܡܢ ܒܣܬܪܗܘܢ ܘܐܡܪ
ܡܝܬܐ ܪܚܡ ܡܢܝܢ ܘܡܠܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܢܝܢ ܐܦܢܐ ܡܠܬܐ ܕܪܚܡ ܡܢܝܢ
ܘܡܥܡܩ ܘܐܡܪ ܡܢ ܒܣܬܪܗܘܢ ܒܟܬܒܐ ܡܠܬܐ ܡܠܬܐ ܛܘܪܐ ܕܐܡܪܐ
ܘܡܥܠ ܠܐܬܦܐܝܣ ܐܘ ܐܚܐ ܕܢܨܚܝܢ ܡܢܝܢ ܐܡܘܬ ܕܒܝܬܗ ܐܒܪ ܕܒܝܬܗ
ܡܪܐ ܢܒܠܐ ܕܫܡܝܢ ܗܘܐ ܘܐܬܚܙܝܬ ܣܓܝܐܐ ܠܒܠܒܐ ܕܗܘܪܐ ܡܢ ܢܘܗܪܐ ܥܠ
ܡܪܝܐ ܕܫܡܥܐ ܘܫܘܪܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪܐ ܥܠ ܢܦܫ ܛܘܪܐ ܢܗܪܐ ܡܢܝܢ ܒܒܘܒܐ
ܕܥܕܬܐ ܕܡܫܡܥܐ ܕܒܝܬܗ ܗܘܐ ܕܡܝܬܐ ܘܢܟܣ ܘܐܬܐ ܡܬܝܒܐ ܕܒܝܬ ܫܘܪܐ ܒܐܘܪܚܗ
ܬܘܒ ܠܐܫܡܥܐ ܕܥܘܗܝ ܐܘܪܐ ܕܢܘܗܪܐ ܐܝܟ ܡܢܝܢ ܐܬܒܪܬܐ ܕܡܬܦܫܛܐ ܒܡܠܬܐ
ܕܢܘܗܪܐ ܠܟܠ ܡܢܘܗܪܐ ܢܗܘܐ ܒܢܦܫܗ ܘܟܠܝ ܕܒܝܬܗ. ܘܐܬܒܪܝ ܕܢܗܪܘܬܗ
ܘܐܡܪ ܠܡܠܬܐ ܗܘܝܘ ܐܢܘܫ ܠܡܠܟܐ ܗܘܝܘ ܪܘܚܐ ܕܫܡܥܐ ܕܢܦܫܗ ܩܕܝܫܐ
ܘܡܫܪܝܐ ܘܐܬܒܠܗ ܡܠܐ ܫܦܝܪܐ ܘܐܘܪܚܘܬܐ ܒܟܠܗ ܐܝܟ ܠܡܘܪܐ ܐܘܪܐ
ܕܗܘܝܬܐ ܘܡܢ ܡܚܘܒܐ ܐܚܪܝܢ ܐܦܪܝܐ ܐܝܟ ܡܢ ܩܕܡ ܘܐܝܟ ܕܢܦܫ
ܘܐܘܕܝ ܡܠܬܐ ܕܢܘܪܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܐܡܪ ܐܘ ܠܫܡܫܐ ܗܘ. ܐܠܗܘܬܐ ܐܘ
ܡܠܟܘܬܐ ܗܘ ܐܠܗܐ ܐܘ ܡܫܝܚܐ ܗܘ. ܐܢܫܐ ܐܘ ܟܝܢܐ ܗܘ
ܐܢܫܐ ܐܘ ܡܪܢܝܐ ܗܘ ܐܠܗܝܘܬܐ ܐܘ ܪܘܚܐ ܗܘ ܐܒܪܗܡ ܐܘ
ܡܪܝܐ ܗܘ ܕܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ ܕܚܝܠ ܡܪܝܐ ܐܬܪܐ ܕܚܝܠ
ܘܐܣܛܪ ܒܕܘܟܬܐ ܡܫܒܚܬ ܕܡܫܡܥܐ ܘܐܣܬܟܠ ܕܢܦܝܩܗ
ܡܠܬܐ ܕܡܦܠܚܢܐ ܠܡܠܟܘܬܗܘܢ ܠܟܠ ܡܠܐ ܡܠܟܐ ܐܘܣܛܪܗ
ܡܫܝܚ ܘܡܬܒܠܗ ܡܠܬܐ ܘܐܡܪܗ ܒܡܠܐ ܗܘ ܐܠܐ ܥܠ ܡܪܝܐ

tremunt: & labiorum suorum incantatione campi agitantur. Jam patiens hic animo, animoque stulto consilium iniens, & mente fraudulenta cogitans, secum loquebatur: ascende, vide creaturas caliginis, quæ plurimæ & infinitæ sunt. Atque, assumta sibi magnificentia, supra omnes creaturas se extulit, dicens: ubi, qui me major, ubi, qui me, creaturarum omnium maximum, nobilissimum & præstantissimum, robore vincet? ubi, qui Diabolis Ture vi prævalebit? Talis non invenietur. Aut ubi, qui me potentior? Surgam, cum eo certamen seram, surgam, seram certamen cum eo. Videbit, quantum roboris in me lateat. Abscondidit vero se, videns creaturas lucis ex longinquo in caliginis lucisque confinio, ut lucem in fastigio montium altissimorum, ut stellas in firmamento splendentes, ut exeuntis, redeuntisque ab oriente solis splendorem, ut lunam renidentem, videns splendorem terræ lucis, ut accensa & abscondita in vasibus vitri lumina, extrinsecus elucentia, animoque inde dolens, ira vero commotus, & pro viribus strepens, dixit: cur mihi hoc monstratum? cur mihi hospitium hoc caliginis? cujus conversatio turpis & terribilis, cujus nutrimen aqua Nigra, & cui fœtor inest. Ascendam in terram illam lucidam, cum illius rege bellum facturus, sublatamque ipsi coronam capiti meo impositurus, Angelus ego alti & profundi futurus. Dixit: illius vestem induam, cibum edam, potum bibam, domum destruam, ædificium perdam, & hospitium inhabitem. Estne aliquid me validius? Certamen cum hoc committam. Exarsit irâ, inflammatus mente fuit, furore incaluit, omnesque creaturas comedere voluit. Ipsi vero sui tramites perturbati, suæ semitæ intricatæ, suæque viæ perplexæ.

ܐܦ ܕܟܝܢܐ ܩܕܝܫܐ ܠܟܠܗ ܫܥܒܕܗ ܘܡܫܠܡܐ ܠܐܘܟܡܐ ܐܬܓܠܝܬ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܠܟܠܗ ܒܩܘܪܒܢܐ ܕܟܗܢܐ ܒܗܢܐ ܕܫܡܝܐ ܕܐܠܐ ܩܕܝܫܐ ܕܝܢ ܡܪܢ ܠܟܗܢܘܗܝ
ܕܐܠܗܘܬܐ ܗܢܐ ܕܢܦܫܬܐ ܘܢܦܫܗ ܡܢ ܢܦܫܗ ܠܦܓܪܐ ܙܢܝܐ ܠܟܠܗ ܗܘܐ
ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܠܐܡܛܝܒ ܩܕܡ ܕܝܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܠܐܡܪܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܠܐܫܬܘܕܥ
ܕܢܗܡܢܘܢ ܐܝܟܢܐ ܗܠܝܢ ܕܡܫܘܬܐ ܕܗܢܐ ܒܐܝܕܐ ܗܘ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܐܟܘܬ ܒܥܝܐ ܐܢܫܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܒܩܘܪܒܢܐ ܕܠܐܡܫܬܘܝܢ ܩܫܫܘܗܝ ܠܟܗܢܐ
ܕܡܫܡܫܝܢ ܘܡܫܡܫܢܝܢ ܘܡܫܡܫܢܐ ܐܟܘܬ ܐܢܫ ܡܫܡܫܢܐ ܕܠܐ ܢܫܬܘܐ ܘܠܐܡܛܐ
ܘܠܐܝܬ ܕܟܝܢܐ ܕܝܠܗ ܘܦܪܝܫ ܢܦܫ ܘܡܫܝܚܐ ܒܩܠܗ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܕܩܘܕܫܐ ܕܡܫܡܫܝܢ ܩܠܗ ܡܢܗܘܢ ܠܡܫܝܚܘܬܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟܢܐ ܒܩܕܡܝ
ܫܘܝܐ ܢܟܠܐ ܫܪ ܡܫܚ ܒܡܫܝܚܐ ܐܟܘܬ ܩܕܝܫܐ ܕܡܢ ܡܪܝܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ
ܐܦ ܘܐܡܝܢܐ ܐܟܘܬ ܡܪܝܐ ܕܢܫܡܫܐ ܗܘܢܐ ܢܦܫܐ ܩܠܐ ܡܢ
ܘܡܫܬܡܫ ܩܕܡܝܐ ܐܡܪ ܕܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܕܐܝܬܝܐ ܢܫܐ ܘܡܢܗܘܢ ܐܝܬܝܐ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܠܐܡܫܡܫܢܘܬ ܡܢ ܗܘܝܐ
ܕܝܗܒܐ ܐܟܘܬ ܒܚܝܐ ܕܢܦܫܐ ܒܦܓܪܗ ܒܩܕܝܫܐ ܕܢܗܘܘܢ ܩܢܘܡܐ ܘܩܢܘܡܐ
ܒܩܕܝܫܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܡܫܡܫܢܘܗܝ ܡܫܝܚܘܬܗ ܠܡܫܝܚܐ ܡܫܡܫܢܘܬܗ
ܠܐܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܐ ܠܡܫܝܚܐ ܡܫܐ ܠܡܫܝܚܐ ܘܡܫܝܚܐ ܡܫܐ ܡܫܐ
ܐܡܝܢ ܫܠܡ܀

ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܡܫܐ ܩܕܡ ܗܢܐ ܗܘ ܐܦܪܝܡܐ ܡܫܝܚܐ ܕܐܝܟܢܐ
ܠܡܫܝܚܐ ܒܡܫܝܚܐ ܕܐܦܪܝܡ ܡܢ ܐܟܠܐ ܘܡܢ ܒܡܫܝܚܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܝܚ
ܕܐܦܪܝܡ ܟܠ ܒܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܟܠ ܡܢ ܕܡܫܝܚܘܬ ܘܐܦܪܝܡܘܬ ܟܠ
ܒܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܟܠ ܩܕܝܫܘܬ ܐܦܪܝܡܘܬ ܒܡܫܝܚܐ ܐܡܪ ܕܡܫܝܚܐ

Tamen nictu palpebrarum oculi confinia sui regni sursum tendens assecutus est: eoque loci ad infimum caliginis abyssum, quod per centum annos conficitur, unius diei iter emensus pervenit. Atque viso cœli nitore, se efferre & ascendere ex sua fovea, vociferans, & speciei isti lucidæ illudens voluit, portam vero, qua intraret, non invenit: nulla aliâ ibi obvia, per quam iter pateret, aut per quam ascensus susciperetur. Nam species illa sublimis: neque, ut filiis hominis, animalibus & bestiis, in profundo degentibus, altum cœli conscendere ipsi licet. Unde iterum incalescens, instar leonis accensus, cupidine prædæ fervens, anxius in suo hospitio non quievit; sed exardescens hinnivit, suaque voce ululavit. Creaturæ vero lucis, audita illius voce, visa Diaboli infernalis forma, manipuloque lapsæ cohortis conspecto, tale mutuo patiebantur, quale corpus, uno membro laxato, patitur, tinnitumque, qualem æris vasa, edebant. Exiit tum vox a Rege summo lucis, qui creaturis lucis, & Geniorum majestatibus dixit: conquiescite, & sedete, Genii, in vestra sede, nec tristes sitis propter iram Diaboli infernalis, pessimi, qui ira exardescens, in fundum suum ruet. Ruet in fundum suum, cujus omnia cogitata vana sunt, cujusque consilia non mansura. Vita cognoscentibus, Vita prædicantibus celebranda. Vita Vita pura est. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Explicationes hæ & patefactiones, viris delectis patefactæ: quas de orbe terrestri factisque impostorum tradam. Videte, quid vobis de creaturis lucis, & eo, quod eis inest, dicam. Exposui vobis de creaturis caliginis, earumque jurgiis. Dixi vobis de Rege summo lucis, cujus

ܘܫܠܛܘ ܢܥܡܐ ܦܓܪܝ ܘܗܘܐ ܠܫܘܠܛܢܗ ܟܠ ܐܢܫ ܒܪܡܫܐ ܘܐܬܪܐ
ܘܡܠܟܬܐ ܕܦܓܪܗ ܕܬܗܘܐ ܕܠܝܫܐ ܠܟܠ ܡܢ ܬܒܠ ܦܓܪܢܝܐ
ܕܫܒܝܬܐ ܕܐܬܝܢ ܥܠܝܗ ܥܠ ܗܢܐ ܕܦܓܪܢܝܘܬܗܘܢ ܐܘܪܚܐ ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܒܡܠܟܐ
ܘܐܢܬܐ ܠܗܝ ܠܡܦܣܩ ܘܠܡܣܬܪܩ ܠܟܘܪܗܢܐ ܘܦܘܫܩܐ ܠܒܘܣܡܐ ܕܢܦܫܐ
ܠܒܘܫܐ ܘܐܢܬܐ ܥܒܕܗ ܐܝܟ ܗܕܐ ܘܢܦܫܐ ܠܡܫܝܚܐ ܡܠܟܐ ܕܒܡܠܟܘܬܗܘܢ
ܦܓܪܐ ܕܦܓܪܗܘܢ ܢܣܒ ܘܡܡܠܟܐ ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܠܡܠܟܐ ܐܘ ܚܕ ܡܢ ܗܘܢܐ
ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܠܐܢܫܐ ܡܥܠܝܐ ܘܠܐܠܗܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܢܦܫܬܐ ܕܐܝܬ ܒܦܓܪܐ ܐܘ
ܐܦܣܩܘܗ ܕܐܝܟ ܗܘܢܐ ܐܝܟ ܦܓܪܗ ܒܪܢܫܐ ܘܡܫܬܝܢ ܘܐܣܛܘܟܣܝܢ ܕܠܒ
ܡܢ ܐܝܟ ܕܥܘܗܕܢܐ ܠܒܘܫܐ ܗܘܝܐ ܐܘܟܝܬ ܠܟܠܗܝܢ ܕܦܓܪܐ ܐܝܟܢܐ
ܐܢܫ ܦܓܪܐ ܘܐܢܬܐ ܠܒܠܥܕܝܗ ܘܦܪܝܫ ܕܦܓܪܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘ
ܦܓܪܢܐ ܠܐܦܫܪ ܘܐܢܬܐ ܥܒܕܗ ܐܝܟ ܗܕܐ ܘܢܦܫܐ ܒܟܠܗ ܘܐܢܬܐ
ܗܘ ܕܝܢ ܐܣܟܝܡܐ ܗܢܐ ܐܘܟܝܬ ܐܢܫ ܕܐܣܬܟܠܘܬܗ ܡܠܟܐ ܗܘܢܝܐ ܘܐܢܬܐ
ܗܘ ܕܝܢ ܐܣܟܝܡܐ ܗܢܐ ܘܡܫܬܢܐ ܡܬܚܫܒܢܐ ܒܟܠ ܦܓܪܐ ܠܐܠܗܐ
ܠܐܦܝܣܝܢ ܐܦܝܣܘܦܐ ܕܟܠܗ ܗܠܝܢ ܡܬܚܙܝܢ ܕܢܣܒܘܢ ܕܟܠܐ ܠܟܘܪܗܢܐ
ܐܢܫ ܡܠܟܐ ܕܐܝܬ ܕܦܓܪܢܝܐ ܢܦܫܗ ܠܐܢܫܐ ܕܐܢܫܝܢ ܥܒܕܗ ܐܦܝܣܝܘܦܐ
ܕܗܘܝܢ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܒܡܠܟܐ ܗܘܝܢ ܕܦܓܪܢܝܐ ܠܟܘܪܗܢܐ ܠܗ ܗܢܐ ܕܡܠܟ ܗܘ
ܡܠܟܐ ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܕܦܓܪܢܝܐ ܡܬܚܫܒܢܐ ܦܓܪܗ ܘܡܠܟܘܬܐ ܗܢܐ ܦܓܪܗ
ܐܦܝܣܝܘܦܐ ܕܡܠܟܐ ܕܢܦܫܐ ܕܡܠܟܐ ܗܘܝܢ ܒܡܠܟܐ ܘܡܠܟܐ ܥܠ ܕܡܠܟܬܐ
ܫܪܝܪܘ ܠܦܓܪܐ ܒܡܠܟܘ ܠܥܠ ܡܢ ܥܠܡܐ ܦܓܪܢܝܐ ܕܠܗ ܕܡܠܟܐ
ܦܫܝܛܘܬܗ ܠܡܠܟܐ ܗܢܐ ܡܢ ܐܝܟ ܕܗܘܐ ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܕܡܠܟܐ
ܦܫܝܛܝܢ ܕܟܠ ܗܢܐ ܡܢ ܐܝܬܘܗܝ ܒܝܫܐ ܕܐܠܗܐ ܕܦܓܪܐ

vis amplissima, potentissima & infinita est, de terra benedicta, & Geniis Regibusque, qui eam tenent, iique altissimi & collocati extra orbem terrestrem in aquilone, loco, unde venit aqua viva, qua creaturæ omnes exsultant, unde venit splendor soli, candor lunæ, lumina stellis, ignique claritudo, unde venit aër borealis, flatus jucundus, princeps, quo vivunt omnes venti æque ac omnes creaturæ exhilarantur; quippe cum, si per unum diem ventus ille aërius non spiraret, exstinguerentur morientes animæ omnes, quæ in orbe terrestri compertæ fuerint. Si dixeritis, aërem borealem cum frigore & furore venire, vobis notum faciam, Vos e terra lucis non affligi. Etenim in terra orbis terrestris suprema prærupti, iique multi, sunt montes, ubi nascitur nix vel grando, quæ cadens super illos montes hieme non æstate liquescit. Ortaque inde aura hiemalis, huc perflans, cum frigida tempestate huc pertingit; ita ut homo ipsi subjectus fœtidum cadaver evadat; siquidem flatus cum rigida tempestate huc accedit. Duodecim vero Stellæ incantatrices Filium i. e. polum septentrionis non obeunt; cum ibi nihil tenebrosi sit, quod lucem non magis desideret, quam Rex terræ i. e. sol, cujus vis in locum ab ipso remotum mittitur. Illuminatæ quidem in mundo istæ stellæ: quæ vero, utcumque luci præpositæ, splendorem per se non habent. Septentrionem vero ut sublimem creaturæ omnes vocant, sic meridiem humilem appellant; quia creaturæ caliginis in humili ad meridiem degunt. Et universum orbem mare magnum diluvionis ambit: excepta tantum porta septentrionis. Quam aqua viva nulli privabunt. Et hæc ex loco lucis orta. Quamquam aquæ hujus vivæ originem sub throno Dei

ܘܠܐܦܣܩܬ ܠܡܐ ܗܘ ܕܡܫܡܠܐ ܒܩܘܪܒܢܗܘܢ. ܘܟܠܗ ܐܢܫ ܡܘܬܪܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܕܢܗܪܐ ܒܝܬܐ ܣܘܪܐ ܘܢܩܒܠ ܒܝܬܐ ܕܟܠ ܘܢܦܩܘܢ ܥܠ ܢܦܫܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܢܦܫܗ ܡܫܡܫܢܐ ܘܟܠ ܡܫܡܫܢܐ ܛܘܪܐ ܠܡܫܝܚܐ ܢܦܩܘ ܠܡܣܒ ܕܢܦܫܬܐ
ܘܡܬܦܪܫܝܢ ܠܥܠܝܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܬܦܪܫܐ ܢܦܫܬܐ ܠܠܒܬܐ
ܒܡܫܘܚܐ ܠܟܠܐ ܫܡܥܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܟܠܗ ܕܐܬܩܪܐ ܕܫܡܗ ܟܠ ܫܡܝܐ
ܘܟܠ ܫܡܐ ܦܠܓܐ ܗܘܘ ܕܐܬܬܘܝ ܡܫܬܐ ܕܡܬܠܒܫܘܢ ܡ̈ܦܩܬܐ
ܕܢܬܠܒܫܘܢ ܘܐܬܢܫܐ ܦܢܝܬܗܘܢ ܠܐܣܝܐ ܗܟܘܬ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܟܠ
ܫܡܝܐ ܗܘܘ ܕܙܒܢܐ ܘܡܠܝܐ ܘܡܠܬܐ ܕܐܣܝܐ ܦܢܝܬܗܘܢ ܦܠܓܐ
ܘܟܠܐ ܕܢܒܥܘܢ ܦܪܨܘܦܐ ܠܡܐ ܕܩܢܝܢܗ ܒܢܦܫܗܘܢ ܐܠܐ ܕܦܢܝܬܗܘܢ
ܗܘܐ ܡܢܟܘܢ ܡܬܦܪܫ ܡܬܟܠܝܢ ܒܗܝܠܐ ܒܟܠ ܟܡ ܕܡܬܦܪܫ ܠܟܘܠܗ
ܗܘ ܕܝܢ ܘܟܠ ܕܡܫܬܠܐ ܐܬܚܙܝ ܐܒܘܗܝ ܗܘܘ ܘܫܡܥܐ ܕܡܬܬܣܝܡ
ܐܝܟܢܐ ܕܗܘܐ ܒܟܠ ܟܡ ܕܐܬܝܠܕ ܦܪܨܘܦܗ ܘܡܢܗ ܕܟܠܗܘܢ ܕܩܕܡܝܐ ܗܘܐ
ܐܬܬܣܝܡ ܡܢܗ ܕܟܠ ܒܢܝܢܐ ܐܬܢܣܝܘ ܘܟܠ ܒܥܘܬܐ ܗܘܘ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܘ ܒܩܘܕܫܐ ܗܘܘ ܒܪ ܟܠ ܡܫܬܐ ܘܐܦܠܐ ܗܘܐ
ܗܢܐ ܕܐܡܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܬܢܝܢ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܕܒܗܘܢܐ ܠܗܘܐ ܒܪ
ܕܠܗܘܐ ܘܠܗܘܐ ܒܪ ܕܠܗܘܐ ܘܡܬܦܠܚܢܐ ܠܡܬܠܟܢܗ ܫܡܘܥܐ ܒܟܪ
ܥܠ ܒܝܬ ܐܢܫܐ ܒܟܠܗܘܢ ܙܒܢܐ ܘܡܝܬܐ ܦܢܝܬܗܘܢ ܐܝܟܢ
ܕܐܡܪ ܐܘܚܕܐ ܠܟܠܡܐ ܦܢܝܬܗ ܘܢܦܩܘ ܙܒܢܗ ܩܠܝܠܐ ܒܫܢܐ ܩܠܝܠ
ܠܟܠܗ ܒܫܢܐ ܕܙܒܢܗ ܟܠܝܘ ܒܫܘܟܢܗ ܟܬܒܐ ܚܕܐ ܘܐܬܩܪܐ ܒܫܢܝܢ
ܘܫܢܝ ܒܝܘܡ ܠܐܝܪ ܫܢܬܐ ܡܫܚܐ ܐܝܟܢ ܐܢܐ .

sitam esse, creaturæ omnes testantur. Quæ vero stupidæ, &, quid ore eloquantur, nesciæ. At venti item alii dantur: qui calidi penetrant muros, permeant portas, & diluvionem orbis perflant. Nam torrente ex calido exit calidæ aquæ sub radicibus montium vapor, qui illius torrentis ope montium illorum nivem liquefacit. Ideoque, qui torrens ad mundum caliginis accedit, Aqua Sivæa, quia Nigra, quæ Aqua Sivæa est, vocatur. Enimvero ope illius vaporis Aqua viva, &, quicquid inundationis ex omnibus maribus in eam effusum fuerit, ita decoquitur, ut nemo inde bibere possit. Quomodo & hoc memoriæ traditum: aqua Sivæa spumat, ebullit, & huc, illuc agitatur: morituro, qui inde biberit, &, qui eam intraverit, coctivo. Nec quisquam illius odorem odoratus fuerit, cujus robur non inde paralyticum evadet. Sic etiam discreti in terresti orbe sui incolæ: qui in orbe sublimi sunt, ii nitidi, qui vero in humili, ii nigri, suaque formâ, ut Diaboli, abominabiles. Quicumque animo intelligens novit, creaturas lucis hic in sublimi esse, & videt, neque in orbe terrestri, neque in firmamento eas versari; quoniam, si in firmamento versarentur, ubi cœlum una cum terra peribit, pari modo illarum hospitium periret. Nec enim locus Regis lucis unquam fuit, tanquam non fuisset, aut unquam erit, tanquam non futurus esset, aut ipsi interitus foret. Invaluit caligo super homines: qui in omnibus viis & semitis tumultuantes. Constitui itaque, mundo suam viam perturbare, ejusque incolas dejicere, & inter aquas & aquas submergere. Decrescente autem sua generatione, malitia sua crescit. Videte, erudimini, mei electi, & per innocentiam in lucis locum ascendite. Vita nura. Finis.

ܒܡܘܫܚܬܗܘܢ ܕܡܢܐ ܢܦܫܐ ܡܘܫܚܐ ܕܐܝܟ ܗܘܘܢ ܡܢ ܦܣ̈ܢܬ
ܠܐ ܐܦ ܢܣܒܐ ܕܟܠܡܪ ܡܢ ܐܢܫܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܐ ܐܠܐ ܦܣܢܬ ܒܗ ܐܢܫܐ ܠܐ
ܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܡܢ ܦܣܢܬ ܘܐܝܟ ܡܢ ܐܢܫܐ ܐܝܟ ܡܫܟܚܐ ܡܢ ܐܢܫܐ ܡܫܟܚܝܢ
ܠܐ ܐܦ ܡܕܪ̈ܟܢܐ ܒܗ ܦܪܬ ܘܐܦ ܡܫܬܒܚܢܐ ܫܡܝܐ ܒܗ ܦܪܬ ܠܐ ܡܠܝܐ ܐܝܟ
ܘܡܬܝܕܥ ܡܫܟܚܐ ܘܐܝܟ ܗܘܘܢ ܘܗܘܐ ܘܡܢ ܕܝܢ ܡܕܪ̈ܟܢܐ ܒܡܘܫܚܬܗܘܢ ܠܟܠܐ
ܕܐܬܪܐ ܦܪ̈ܝܫܐ ܒܗ ܬܘܡܟܐ ܒܡܘܫܚܬܗܘܢ ܘܡܫܬܡܠܝܢ ܕܝܢܐ ܙܥܘܪܐ ܒܨܪܝܐ
ܡܠܝܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܗܘܢ ܒܒܪ̈ܝܬܐ ܘܡܫܘܫܚܬܗܘܢ ܕܝܢܐ ܬܒܝܥܝܐ ܕܡܫܟܚܝܢ ܐܝܟܢܐ
ܘܡܫܘܫܚܬܗܘܢ ܕܝܢܐ ܬܟܠܬܐ ܕܐܬܪܘܬ ܒܡܠܐ ܐܝܟ ܫܡܝܐ ܘܐܬܪ̈ܐ ܡܫܟܚ
ܘܡܫܡܠܝܐ ܘܡܫܬܠܛܐ ܕܡܟܝܢܐ ܕܝܢܐ ܐܬܪܐ ܒܟܠܗܝܢ ܕܒܫܘܪܐ ܘܡܫܘܫܚܬܗܘܢ ܕܦܠܛܝܢ
ܘܬܪܝܢ ܕܡܫܟܠܝܢ ܠܟܠ ܡܬܒܪܝܢ ܕܝܢܐ ܘܡܟܠ ܡܬܒܪܝܢ ܕܡܫܟܚܐ ܕܫܘܫܝܐ ܘܦܝܠܘܣܘܦܘܬܐ
ܘܡܫܬܡܠܝܐ ܘܬܫܡܫܬܐ ܡܫܬܒܚܐ ܕܡܫܟܚܢܘܬܐ ܘܡܫܘܫܚܬܗܘܢ ܟܝܢܐ· ܘܡܠܝܐ ܘܐܝܟܢܐ ܬܟܠܬܐ
ܕܝܢܐ ܕܡܫܬܠܛܐ ܢܡܘܣܐ ܐܝܬ ܐܬܪ̈ܘܬܐ ܘܬܘܠܕܬܐ ܘܡܪܬܘܬܐ ܘܦܝܠܣܘܦܘܬܐ ܟܠܗܝܢ ܟܠܝܘܡܝ
ܡܢܗܝܢ ܬܪܝܢܝܐ ܟܠ ܐܢܫܐ ܡܫܬܠܛܐ ܘܟܠ ܐܝܟܐ ܡܫܬܠܛܢܐ ܘܟܠ ܟܠܗܘܢ ܕܡܬܟܠܐ
ܢܦܫܬܗܘܢ ܕܟܠ ܕܡܫܟܚ ܡܫܬܟܚܘܢ ܕܡܫܬܡܠܝܐ ܘܐܝܟܐ ܡܠܝܐ ܠܟܠܡܫܟܚܐ ܠܐܠܗܝܢ
ܘܡܫܬܡܠܝܐ ܠܐܣܛܘܟܣܐ ܘܟܠܡܫܬܡܠܝܢ ܠܐܣܦܝܪܐ ܘܐܝܟܢܐ ܬܪܝܢܝܐ ܠܐܣܛܘܟܣܐ ܘܡܫܬܡܠܝܐ
ܠܐܣܝܢ ܘܡܫܬܠܛܝܢ ܠܐܣܦܪܐ ܘܡܫܬܠܛܐ ܠܐܣܦܝܪܐ ܕܫܡܝܐ ܠܐܣܛܘܟܣܐ ܘܟܠܡܫܟܚܐ ܡܢ ܡܬܪܝܐ
ܠܐܢܫܐ ܘܡܫܬܡܠܝܢ ܠܐܘܣܝܐ ܘܡܫܬܠܛܝܢ ܘܡܫܬܟܚܐ ܕܝܢܐ ܠܐܣܛܘܟܣܐ ܘܡܫܬܡܠܘܬܐ
ܕܝܢܐ ܐܬܪܘܬܐ ܦܪܝܫܬܐ ܕܟܠܟܘܢ ܠܐܦܪܣܬܘܢ ܘܟܠ ܡܬܪܝܐ. ܘܡܫܬܡܠܝܐ
ܠܐܣܛܘܟܣܐ ܘܐܢܫܐ ܘܡܫܬܘܢ ܘܡܫܬܠܘܢ· ܟܠܡܫܬܡܠܝܐ ܕܐܬܪܐ
ܡܫܟܚܐ ܡܫܬܡܠܝܐ ܠܐܣܛܘܟܣܐ ܘܡܫܠܐ ܡܫܬܟܚܐ ܕܡܫܬܡܠܝܐ

In nomine Vitæ summæ. Felicis memoriæ sunt nomina, Adami Zuhrun bar Scharat, patris mei Jahia Baktiar bar Anhar Jasmin, matris meæ Scharat fat Anhar, fratrum meorum Mehatam bar Scharat, Ram bar Anhar, Adam Juhano bar Anhar Jasmin, uxoris meæ Mudalal fat Scharat, uxoris meæ alterius Samro fat Scharat, filiorum, Adam, Behram, Simat, Adam Zuhrun, Sam, Bajan, qui filii uxoris Mudalal. In nomine illorum, qui in superis inter consecratos degunt. In nomine & virtute Vitæ summæ, novissimæ, excellentissimæ, supremæ omnium operum, in nomine Vitæ Secundæ Juschamin puri, in nomine Vitæ Tertiæ Abatur, cujus nomen Antiquus Altus, in nomine & virtute Nuntii Vitæ, excellentissimi creaturarum lucis, in nomine Geniorum Schelmaj & Nedbaj, qui Jordano Vitæ magnoque baptismo lucis præpositi, animis testimonium, notam & signum sui perhibent, in nomine Aebel, Schetel & Anusch, trium filiorum familiæ vivæ, lucidæ, splendidæ, formosæ & hilaris. Testes citamus nostros Discipulos in Mandaitas utriusque sexus, eorumque liberos, qui, quamquam ipsi scientes literisque ab aliis eruditi, die solis, & prima luce ad synagogam non veniunt, nec servantes ordinem discipulis suis attendunt, aut ipsi ut memores discipuli humanitatem curant, aut religiose genua flectunt, aut patefactam doctrinam assumunt, aut justitiam dilatant, aut institutionem mutuo accipiunt, aut filios suos baptizant, filiabusve suis signum Vitæ induunt, sed, animo suo Vitæ summæ & Primæ diffidente, afflictos & pauperes nec miserantur, nec suas mulieres, suos filios, suasque filias prima luce diei solis ad synagogam deducunt. Quomodo & testes citamus omnes baptizatos

ܟܕ ܘܟܗܢܘܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܗܘܦܕܝܩܢܘܬܐ ܘܒܢܝܢܗܘܢ ܘܒܢܝܗܘܢ ܕܢܦܫܐ ܢܬܒܥܘܢ
ܕܐܢܫܐ ܡܬܢܚܘܢ ܘܫܘܬܦܐ ܒܝܫܐ ܥܘܠܐ ܦܘܩܕܢܐ ܕܠܐܠܗܐ ܡܢ ܕܠܐܠܗܘܢ ܘܠܐܠܗܘܬܐ
ܡܢ ܒܠܐܘܢ ܕܚܒܝܒܐ ܒܩܘܪܒܐ ܘܫܘܒܚܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܕܝܠܗ ܕܠܡܫܡܫܢܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܐ
ܗܘܐ ܒܡܫܡܫܢܐ ܕܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܩܕܡܝ ܘܩܫܝܫܘܬܐ ܩܫܝܫܐ ܘܐܦܣܩܘܦܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܦܩܕܐ ܘܩܢܘܢܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܘܫܐ ܟܗܢܐ ܘܠܘܝܐ ܡܢ ܣܝܢܝ ܢܡܘܣܐ ܘܟܗܢܘܬܐ
ܘܟܠܗܘܢ ܕܟܢܐ ܘܡܠܟܝ ܡܠܟܐ ܢܡܘܣܐ ܕܝܠܗ ܥܡܘܕܝܘܬܐ ܕܝܠܗ ܐܘܪܚܐ ܦܘܩܕܢܐ
ܕܠܟܘܢ ܩܢܘܢܝܗܘܢ ܘܟܠ ܗܝܟܠܐ ܢܡܘܣܐ ܘܟܗܢܘܬܐ ܘܐܝܟܢܐ ܘܟܠܗܘܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ
ܗܘܐ (* ܠܡܫܡܫܢܐ ܡܫܝܪܐ ܘܟܠܟܠܐ ܟܠܝܠܐ ܘܬܪܥܐ ܠܐܠܗܐ ܒܟܗܢܘܬܐ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܩܕܡܝ ܡܢܐ ܬܪܬܝܢ ܦܘܩܕܢܐ ܡܫܝܚܐ ܕܟܠܟܠܐ ܒܟܠܗܘܢ ܒܟܗܢܐ ܘܢܩܕܫܘܢ
ܥܕܡܐ ܘܢܛܘܪ ܠܟܗܢܐ ܐܘܟܝܬ ܟܗܢܐ ܘܢܗܪܐ ܗܘܐ ܕܗܢܐ ܘܢܛܪ ܗܘ
ܒܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܘܟܠܗܘܢ ܘܐܝܟܢ ܕܡܫܡܫܢܐ ܟܠ ܗܝܟܠܐ ܐܝܟ
ܕܝܢ ܘܟܠ ܟܘܢܫܐ ܕܟܠܗܘܢ ܕܡܫܡܫܢܐ ܩܕܝܫܐ ܩܕܝܫܐ ܕܟܠܗܝܢ ܠܐ
ܩܢܘܢܐ ܒܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܒܗܝܠܐ ܒܟܢܫܐ ܕܟܢܘܫܬܐ ܗܘܝܢ
ܘܒܢܝܟܠܗܘܢ ܕܝܠܗ ܟܠܗܘܢ ܘܡܠܟܐ ܘܐܝܟ ܕܝܢ ܒܗܘܢ ܘܪܘܚ
ܘܪܘܚ ܒܢܟܠܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܒܟܢܫܐ ܘܒܢܝܟܠܗܘܢ ܕܝܠܗ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܕܢܬܦܫܐ ܠܗ ܗܘܢܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܢܗܘܐ ܐܪܙܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܐܝܟ ܕܡܫܡܫܢܐ ܒܟܠ ܩܘܪܒܐ ܘܡܕܒܪܐ ܗܘ ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܘܐܠܟܝܢ ܘܐܦܐ
ܗܘܐ ܠܡܫܡܫܢܐ ܘܟܢܘܫܬܐ ܠܟܗܢܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܗܘܢ ܕܝܠܗ ܒܟܗܢܐ ܠܐܪܥ
ܘܟܠܗ ܗܘܐ ܒܬܪܗ ܘܟܘܢ ܠܟܠܗܘܢ ܒܟܢܘܫܬܐ ܕܟܠܗܘܢ

*) Omissum ܒܡܫܡܫܢܐ videtur.

Mandaitas utriusque sexus fideles, filios & filias, qui eruditi, dominos suos amant, testimonium perhibent Vitæ summæ & Primæ, quæ nunquam aut fuit, tanquam non fuisset, aut erit, tanquam non futura esset, qui in Jordano baptizati, signoque Vitæ notati, ad synagogam prima luce diei solis conveniunt, pulchri ordinis servantes genua religiose flectunt, ut memores & constantes discipuli patefactam doctrinam assumunt, justitiam dilatant, institutionem mutuo accipiunt, filios filiasque baptizant, iisque signum Vitæ induunt, atque, fide Vitæ summæ ac Primæ animum eorum occupante, erga inopes se propitios & misericordes præstant, mulieres filiasque suas prima luce diei solis in synagogam deducunt, nec, ut merces operantium aut stips danda in sua æde sterilescat, faciunt, verum hos ad synagogam deducunt. Pariterque testes citamus Vitam summam Primam, excellentissimam, supremam omnium operum, Vitam Secundam Juschamin purum, & Vitam Tertiam Abatur, natu grandem, eminentem, occultum, sui obtegentem, senem & grandævum mundi, Nedbaj & Schelmaj, præfectos Jordano, domino Vitæ, præfectos summo lucis baptismo, & obtestantes colligentesque mundi animas, Fetahil Apostolum, cui Gabriel nomen, qui Fetahil per virtutem Vitæ, Geniorumque, Aebel, Schetel & Amusch, qui Muhr, Rusch & Rast sunt, per virtutem Vitæ verbumque patrum suorum, cœlum sine columnis extendit, terram, cui nihil concreti inerat, condensavit, stellas cœlo illigavit, frugiferas herbas arboresque terræ tribuit, splendorem soli, candorem lunæ attulit, & Adamum virtute Vitæ fecit, ipsique uxorem Havam collocavit, precans bona mundi

ܠܟܘܡܪ̈ܐ ܕܟܠܗܘܢ ܘܦܪܫܘ ܘܐܣܬܟܠܘ ܡܢ ܥܒܕܐ ܗܢܘܢ ܠܐܠܗ̈ܐ ܬܘܟܠܗܘܢ
ܠܟܘܟܒ̈ܐ ܡܫܡܫܢ̈ܐ ܘܟܘܟܒܝܗܘܢ ܥܒܕ̈ܝܐ ܕܟܕܒܐ ܗܢܐ ܕܢܦܫܗ ܥܟܠܗܘܢ
ܕܒܢ̈ܝܐ ܐܝܟ ܥܒ̈ܕܐ ܘܢܩܘܫܐ ܕܠܫܡܝܐ ܥܒܕܝܢ ܥܒ̈ܕܐ ܘܒܪܢ̈ܝܐ ܒܣܘܓܐ ܘܦܘܠܚܢ ܕܥܒܕ̈ܐ ܕܢܗܘܐ
ܒܗܘܢ ܘܫܩܠܝܢ ܒܐܘܣܛܘܡܐ ܕܒܪܢܫܐ ܥܠܡܐ ܠܟܠܐ ܕܡܢܐ ܕܠܗܢܘܢ ܡܢܐ ܐܦܝܐ
ܘܕܠܡܐ ܘܠܒܘܫܐ ܘܢܘܪܬܐ ܒܗܘܬܐ ܗܘܐ ܥܒܕܝܢ ܘܫܒܚܬܐ ܗܘܝܢ ܩܥܠܝܢ ܣܓܝ
ܠܒܝܪܐ ܕܡܥܒܕܝܢ ܥܒܕܐ ܕܢܗܘܐ ܥܠ ܒܢܝ̈ܐ ܕܥܒܕܐ ܗܘܝܢ ܕܢܘܟܪܝ ܐܬܪ̈ܐ
ܘܫܦܝܪܐ ܘܡܥܒܪܢܐ ܕܡܫܒܚܢܐ ܡܢ ܥܒ̈ܕܐ ܕܡܫܡܫܝܐ ܕܢܘܗܪܐ ܢܩܡܐ ܘܩܢܝܢ
ܘܡܢ ܥܒܕܐ ܘܥܢܝܐ ܘܡܫܒܚܢ ܕܒܟܠܗܘܢ ܗܘܝܢ ܘܡܢ ܡܫܡܫܢܐ ܒܥܡܐ ܕܥܡܐ ܘܡܢ
ܠܟܘܡܪ̈ܐ ܠܫܡܫܐ ܕܐܚܪܝܢ ܡܢ ܐܬܪܐ ܘܦܫܝܛ ܡܢ ܥܒܕܐ ܘܡܢ ܫܘܒܚܐ ܒܥܡܐ ܘܡܢ
ܒܟܠܗ ܡܫܡܫܢܐ ܘܡܢ ܒܗܘܬܐ ܠܒܪ̈ܝܐ ܘܡܢ ܥܒܕܐ ܕܡܫܒܚܢܐ ܘܡܫܒܚܢܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܗ ܠܐ
ܐܢܫܐ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܠܐ ܫܡܫܐ ܒܫܘܒܚܐ ܘܠܟܘܡܪܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܡܫܡܫܢܐ
ܒܟܠܗܘܢ ܠܐ ܒܥܒܕܐ ܕܡܫܒܚܢܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܒܫܘܒܚܐ ܠܐ ܐܢܫ ܐܝܟ ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ
ܠܐ ܗܘܐ ܕܐܢܫܐ ܠܐ ܐܝܟ ܕܒܪܐ ܒܫܘܒܚܐ ܠܐ ܗܘܐ ܗܘܐ ܠܐ ܒܗܘ ܘܫܘܒܚܗ
ܠܐ ܡܫܡܫܢܐ ܠܐ ܒܗܐ ܠܐ ܒܣܓܝܐ ܘܡܫܒܚܢܐ ܠܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܒܚܢܐ
ܕܢܗܘܐ ܥܠܝܐ ܕܟܠܗܘܢ ܘܡܛܠ ܐܒܗܝܗܘܢ ܘܡܛܠ ܐܡܗܝܗܘܢ ܘܡܛܠ ܒܢܝܗܘܢ ܘܡܛܠ ܐܚܝܗܘܢ
ܘܡܛܠ ܐܚܘܬܗܘܢ ܘܡܛܠ ܐܢܫܝܗܘܢ ܘܩܪܝܒܝܗܘܢ ܘܡܫܡܫܢܝܗܘܢ ܕܒܝܬܗܘܢ ܘܡܛܠ ܐܚܪܢܝܗܘܢ
ܘܡܛܠ ܚܝܠܗܘܢ ܕܒܪ̈ܝܐ ܘܫܘܒܚܐ ܕܢܘܟܪܝܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܢܗܘܐ ܐܢܫܐ ܘܫܘܒܚܐ ܕܒܟܠܗܘܢ
ܐܝܟ ܒܗܘܢ ܗܢܐ ܕܢܗܘܘܢ ܒܫܡܫܐ ܗܘܐ ܕܡܛܠ ܕܡܫܡܫܢܝܗܘܢ ܟܠ ܐܢܫܝܗܘܢ ܘܡܛܠ
ܐܢܫܐ ܕܐܢܫܝܗܘܢ ܠܟܘܢ ܐܢܫܐ ܡܫܒܚܢܐ ܕܡܛܠ ܗܘܐ ܕܡܫܒܚܢܐ ܕܢܗܘܐ ܫܒܚܐ
ܘܫܡܫܢܝܗܘܢ ܘܟܠܟܘܢ ܘܢܫܡܫܢܘܬܐ ܠܟܠܟܘܢ ܕܥܡܝ ܠܐ ܐܢܟܝܐ ܒܫܡܝܐ

ipsis, ceterisque quot forent creaturis, ut ne eorum omnium stirps & familia in mundo periret, qui omnes fideles Mandaitæ fuerint, atque aqua baptizati singuli opera bona fecerint, bona officia præstiterint, testimonium Vitæ perhibuerint, Nuntium Vitæ prædicaverint, atque testatam suam fidem in celebratione Virorum trium altissimorum, filiorum familiæ vivæ, lucidæ, hilaris, candidæ ac splendidæ, fecerint. Sic obtestantes infimis precibus nos discipuli petimus & rogamus: eripiat nos Nuntius Vitæ ab hujus mundi malitia, sit nobis hospes, sustentator, liberator, servator, qui liberet a vigiliis Septem Stellarium, quos animæ timent, ab occidione, contentione, internecione hujus mundi, a consiliiss malis pravorum, a linguis triplicibus delatorum, mollioribus pingvedine, sed gladio acutioribus, a siccitate mala, a corona i. e. turbine perdente, a morte secunda foramineque exitii. Et quomodo successus prosper datus fuit terræ vi condensationis, cœlo ope expansi operculi, soli die lucenti, lunæ nocte renidenti, stellis fulgentibus & in firmamento splendentibus, vento aëreo, aquæ vivæ, fructibus terræ, Adamo viro primo, Havæ suæ uxori, ejusque filiis & posteris, apostolis, prophetis, electis, pacificis fidelibus, pacificis inquam, ut lux eorum uxoribus, filiis, filiabus, emtioni, venditioni, terræ, aquæ, animalibus, opibus, semini, grano, in rure, in urbe, præesset;, sic Nuntius Vitæ Mandaitarum hospes, & sustentator hoc in mundo malo sit; ita ut, quod petierint, inveniant. &, quod rogaverint, ipsis hic propter mutuum illorum amorem officiumque tribuat. Mandaitæ vero, qui adversus nomen Nuntii Vitæ insurgunt, quorumque ori & cordi fides non inest, similes sunt arboribus

ܕܦܠܛܘܢ ܥܠ ܗܢܐ ܗܘܝܐ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܘܩܫܝܫܐ ܠܥܡܐ ܡܗܝܡܢܐ ܘܠܐܢܫ ܡܬܩܪܒܢܐ
ܘܠܐܝܟ ܠܦܘܫܩܐ ܘܐܢܫܐ ܠܐܚܪܢܐ ܘܐܢܫܐ ܠܡܬܩܪܝܢܐ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܘܩܫܝܫܐ ܠܐܦܝܣܩ
ܘܟܡܐ ܠܐܦܝܣ ܘܟܬܒܐ ܡܢ ܗܢܐ ܠܐܢܫܐ ܘܐܢܫܐ ܠܦܘܫܩܐ ܠܐܚܪܢܐ ܘܐܦܫܘ
ܘܟܬܒܘ ܠܦܘܫܩܐ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܘܟܬܒܐ ܗܘܐ ܒܫܘܠܡܐ ܠܟܬܒܘ ܠܐܚܪܢܐ
ܘܟܬܒܘ ܘܐܘܟܝܘܣ ܕܗܢܐ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܡܢ ܥܒܪܝܐ ܕܟܠܗܝܢ ܐܝܟܐ ܡܢ ܟܬܒܐ
ܠܣܘܪܝܝܐ ܘܐܦܐ ܦܫܝܛܬܐ ܘܡܬܦܫܩܢܐ ܕܝܘܢܝܐ ܠܟܬܒܐ ܕܠܣܘܪܝܝܐ ܘܠܐܦܘܪܛܘܠܘ
ܘܠܐܬܘܪܝܝܐ ܘܠܟܠܕܝܝܐ ܕܫܡܐ ܦܫܝܛܬܐ ܡܢ ܥܒܪܝܐ ܡܬܦܫܩܐ ܦܫܝܛܬܐ
ܡܢ ܣܘܪܝܝܐ ܘܝܘܢܝܐ ܘܡܨܪܝܐ ܡܢ ܟܬܒܐ ܥܒܪܝܐ ܟܠܗܝܢ ܡܢ ܦܠܣܛܝܢܐ
ܘܐܦܐ ܦܫܝܛܬܐ ܡܢ ܟܬܒܐ ܥܒܪܝܐ ܦܫܝܛܬܐ . ܡܢ ܗܕܐ ܘܡܬܩܪܝܐ
ܦܫܝܛܬܐ ܡܢ ܣܘܪܝܝܬܐ ܗܟܢܐ ܦܫܝܛܬܐ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܘܡܬܩܪܝܐ ܕܟܠܗ ܗܢܐ
ܦܫܝܛܬܐ ܡܢ ܥܠ ܝܘܢܝܐ ܕܠܥܠ ܗܘܐ ܘܐܦܪܝܡ ܕܟܬܒܘܗܝ ܠܐܦܣܩܘܦܐ
ܘܠܐܦܣܩܘܦܐ ܠܡܬܦܫܩܢܐ ܟܬܒܘܗܝ ܕܫܠܡܘܗܝ ܠܝܘܢܝܐ ܦܘܫܩܘܗܝ ܕܦܠܣܛܝܢܘܗܝ
ܘܦܘܫܩܐ ܥܠܐ ܕܗܢܐ ܘܥܠܐ ܕܫܡܥܘܢ ܐܦܣܩܐ ܦܫܝܛ ܝܘܢܝܐ ܕܗܢܐ ܘܐܢܫܝܢ ܝܘܢ
ܕܫܡܥܘܢ ܦܫܝܛ ܗܘܐ ܘܗܘܐ ܘܐܢܫܝܢ ܕܗܘܐ ܕܫܡܥܘܢ ܦܫܝܛ
ܡܪܝܐ ܕܥܠ ܗܢܐ ܘܐܢܫܝܢ ܥܠ ܝܘܢܝܐ ܗܘܝܢ ܦܘܫܩܐ ܟܬܒܝ ܩܕܝܫܐ
ܟܬܒܘܗܝ ܗܢܐ ܘܝܘܢܐ ܡܬܦܫܩ ܒܦܘܫܩܐ ܟܬܒܝ ܩܕܝܫܐ ܕܟܬܒܘܗܝ ܘܦܫܝܛ
ܕܟܠ ܕܗܘܐ ܥܠ ܐܦܪܝܡ ܕܥܠ ܡܬܬܪܓܡܢܐ ܝܘܢܝܐ ܠܟܬܒܐ ܕܟܠ ܕܫܡܥܘܢ
ܒܦܘܫܩܐ ܟܬܒܝ ܩܕܝܫܐ ܠܟܬܒܘܗܝ ܐܦܠܘ ܒܫܠܡܐ ܝܘܢܐ ܒܫܡܐ ܘܕܝܢܐ
ܕܝܘܢ ܘܫܠܡܘܢ ܒܫܘܠܡܐ ܘܡܫܠܡܐ ܗܢܐ ܘܦܘܫܩܐ ܘܝܘܢܐ ܗܢܐ ܘܡܗܘ ܒܫܢܬܐ

malis, aquam vivam bibentibus, fructus vero non ferentibus, similes sunt lupo rapaci, leonique prosternenti. Ceterum qui ad synagogam non conveniunt, nec humanitatem curant, nec ut memores & constantes discipuli patefactam doctrinam assumunt, nec justitiam dilatant, nec institutionem mutuo accipiunt, nec stipem synagogæ erogant, nec mulieres, & filios in synagogam mittunt, nec prima luce diei solis filios filiasque baptizant, nec signum Vitæ eis conferunt: qui Mandaitarum viri, mulieribus Duodecim portarum cultricibus nubentes, & quæ eorum baptizatæ mulieres, viris Duodecim portarum cultoribus nuptæ, se invicem non docendo erudiendoque commonefaciunt, vitam præcellere morti, lucem præcellere caligini, bonos & egregios malis, quod dulce suavius esse amaro, diem præcellere nocti, diem solis præcellere sabbato, nasaræismum præcellere Judaismo, summum præcellere imo, & Jordanum aquæ vivæ præcellere aquæ inferæ loci tenebrosi: qui discipuli suo magistro inobedientes, nec ex corde ad audiendum suum ipsos erudientem doctorem excitati, vocem Vitæ deserunt, vocem vero caliginis amant, habentes odio sermonem Vitæ, sermonem caliginis amant, habentes odio splendorem & lucem, sedem tenebrarum amant, & deserentes Jordanum aquæ vivæ aquam inferam amant; in hos testem citamus Vitam summam Primam, citamus testem Juschamin purum, qui thesauris aquæ lucisque magnis, altis, puris originibus præest, testem citamus Abatur, natu grandem, altum, occultum, sui obtegentem, qui sedens in alto profundum & secretum videt ac discernit, qui, quid creaturæ & generationes fecerint, videt, qui

ܘܡܢ ܟܠܗ̇ ܕܠܐ ܢܦܩܬ ܠܦܘܬ ܟܠ ܡܡܠܐ ܕܡܝܬܐ ܕܟܝܢܐ ܒܫܘܝܐ
ܟܝܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܫܘܝܐ ܘܡܫܠܡ ܘܐܝܬܘܗܝ ܒܫܘܝܐ ܟܝܢܐ ܕܟܠܗܘܢ
ܦܝܫܝܢ ܘܐܝܬܘܗܝ ܘܫܡܝܐ ܘܠܘܩܒܠܗ ܒܫܘܝܐ ܟܝܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܢܦܫܬܐ ܘܦܓܪܐ
ܐܢܫܐ ܒܫܘܝܐ ܟܝܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܠܐ ܕܝܢ ܚܕܐ ܘܫܠܝܐ ܘܡܫܬܘܬܦܐ ܘܪܘܚܢܝܬܐ ܐܬܬܚܠܛܘ
ܡܢ ܗܘ ܐܬܚܬ ܘܡܢ ܗܘ ܢܦܫ ܐܝܟ ܦܓܪܐ ܒܫܘܝܐ ܟܝܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܬܪܝܨܐ
ܘܒܩܘܫܛܗ ܐܢܫܐ ܘܡܬܕܡܪܬܐ ܘܪܘܚܐ ܘܫܪܪܐ ܘܦܓܠܐ ܘܪܘܚܢܝܐ ܕܝܠܗ ܘܦܓܪܢܝܐ ܕܝܠܗ
ܒܫܘܝܐ ܟܝܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܗܘܝܐ ܦܓܠܐ ܗܘܝܐ ܦܫܝܛܬܐ ܗܘܝܐ ܡܫܪܪܬܐ ܕܐܝܬܘܗܝ
ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܗܘܐ ܘܐܦܘܗܝ ܐܢܬܐ ܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܘܡܢܗ ܠܐܢܫܘܬܐ ܠܦܓܪܐ ܕܝܠܗ
ܘܠܐܠܗܘܬܗ ܠܟܠܗܝܢ ܘܐܝܟ ܕܢܩܒܠ ܘܬܫܬܡܫ ܘܬܫܬܘܕܥ ܘܒܝܫܘܬܗ ܘܠܐ ܐܬܚܠܛܘ
ܦܪܘܩ ܕܠܐ ܐܬܚܠܛ ܡܢ ܗܘܝܐ ܦܓܠܐ ܘܦܫܝܛܬܐ ܘܡܫܪܪܬܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܢܬܐ ܡܫܝܚܐ
ܐܠܗܐ ܠܟܠܟܠ ܗܘܝܐ ܕܚܝܠܐ ܠܐܢܫܐ ܐܝܟ ܕܢܦܫܐ ܒܦܓܪܐ ܘܦܓܪܗ
ܦܓܠܐ ܕܟܠ ܦܝܫܝ ܘܐܝܬܘ ܘܫܡܝܐ ܘܠܘܩܒܠܗ ܘܦܓܪܐ ܢܦܫܬܗܘܢ
ܘܐܝܬܝ ܒܫܘܝܘܬܗ ܘܫܪܪܐ ܘܡܫܘܕܥܬܗ ܘܐܢܫܐ ܒܫܘܝܘܬܐ ܘܦܓܠܗ
ܘܒܟܝܢܐ ܘܡܫܬܘܕܥܢܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܘܡܫܬܘܬܦܢܐ ܘܠܐܢܫܘܬܐ ܢܦܫܬܐ ܘܦܓܪܐ ܕܐܢܫܐ
ܘܦܓܪܐ ܒܫܘܝܘܬܐ ܘܡܫܬܘܕܥܢܐ ܕܐܢܫܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܦܓܠܝܘ ܘܫܘܝܐ ܦܓܠܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܒܫܘܝܐ ܚܘܝܘ ܐܝܟܢܐ ܫܘܝܐ ܕܫܘܝܘܬܐ ܟܝܢܝܬܐ ܟܠ ܟܠܐ
ܟܝܢܐ ܘܐܢܫܐ ܘܐܠܗܐ ܘܐܠܗܘܬܐ ܟܠ ܫܘܝܐ ܦܓܪܐ ܕܐܢܫܐ ܦܓܪܢܝܐ
ܘܡܫܝܚܐ ܠܐ ܦܓܪܢܝܬܐ ܫܘܝܐ ܘܫܘܝܘܬܐ ܕܐܢܫܐ ܠܐ ܦܓܠ ܕܟܠܗܘܢ ܦܓܠܐ
ܟܠ ܡܢ ܒܫܘܝܘܬܐ ܘܡܫܬܘܕܥܢܐ ܟܠܗ ܡܢ ܐܠܗܘܬܐ ܘܐܢܫܘܬܐ
ܬܪܝܨܐ ܦܓܪܢܐܝܬ ܘܦܓܪܢܝܐܝܬ ܕܠܐ ܦܓܪܢܐ ܘܠܐ ܡܫܬܘܕܥܢܐ

